







R 181578

COMBRA

vitrine record

10
9.01.39
10⁵
10⁶

DECRETA'

OMNIA A SACRA RE-
TUUM Congregatione in Ordine
ad Missam, post Missalis
recognitionem; una

CVM

OBSERVATIONIBVS, ET
Regulis selectis R.P.D. Bartholomei
Gauanti, S. Rom. Ritu Congreg. Con-
sultoris, perutilibvs, ac necessarijs, ut
riùe semper celebretur.

A D E A V R E N T I O V A N D E R;
Hannen, & Leon fideliter excerpta, & in
hæc altera editione recognita, nouisq; no-
tis, & permultis, asterisco * indicatis,
insignita, & locupletata.

Cum facultate Superiorum.

Vlyssippone. Ex Officina
Antonio Alvarez, 1635.

L I C E N Ç A S.

DEcreta hæc à Sacra Rituū cōgregatinem ordine ad Missā legi, & nihil in eis impressionis indignū inueni. In Convento D. Dominici Vlyssiponensis, die 23 Iulij Anno 1634.

Fr. Ayres Correa.

Calibrator Consilii Generalis.

HÆc Decreta à Sacra Rituū congregatiōne, cum notalis in ordine ad Missam teste celebrandam, vidij, & quia nihil cōtra fidem Sanctā, & bonos moues continēti tipijs mandanda censeo. In Convento Diui Francisci Vlyssiponēsi, die primo Augusti anno Dñi 1634.

Frater Sebastianus à Sandus,

Pater Vinha.

Vista:

VIstas as informações podesse
imprimir este liuro, & depois
de impresso tornara a esse Con-
selho conferido com seu original
para lhe dar licença para correr;
& sem isso não correra. Lisboa
primeiro de Agosto de 1634.

G. Pereira. Francisco Barreto.

Manoel da Cunha.

Fr. João de Vasconcellos.

Dou licença para se poder
imprimir este liuro que tem
por titulo Decreta omnia à Sa-
cra Rituum congregazione in
ordine ad Missam, &c. Lisboa
22.de Agosto de 1635.

*João Bezerra Iacome,
Chantre de Lisboa.*

Que se possa imprimir este li-
uro vistas as licenças dō S.
Officio, & Ordinario, & não cor-
rerá sem tornar a esta mesa para
ser taxado. Lisboa a 30. de Ago-
sto de 1635.

Salazar. Barreto. Carvalho,

Está conforme com seu origi-
nal. Em S. Francisco da Cida-
de. Em 25. de Setembro de 1635.

Fr. Sebastião dos Santos.

Vista a conferencia pode correr
este liuro. Lisboa 25. Setembro
de 1635.

G. Pereira. Francisco Barreto.

Manuel da Cunha. F. João de Vasconcelos.

Pedro da Silva. D. Miguel de Portugal.

Taxão este Liuro em quarenta
reis em papel a 27. Setembro de
1635.

Salazar. Barreto. Carvalho.

D. FRANCISCO
DE
MENDOZA,
Illustrissimi COMITIS DE
ORGAZ filio, sanguinis
FLORI.

Imperialis Ciuitatis, ab VR
BEORBIS Imperatrice, BA
SILICÆ CANONICO
meritissimo;
à Sacratiori Consiliorum Cul
mine INDAGATORI prælu
centissimo;
Vasconum P R O - REGI dile
ctissimo;
Salmanticæ, Pompeopolis, Ma
lace, & Placentiæ, PRAESVLE
Vigilantissimo,

Pro FERDINANDO, iam IN-
FANTI Sacratæ Purpuræ Splé-
dore, GVBERNATORI dig-
nissimo, nobilissimo, lau-
datissimo;

Perpetuo Virtutum GENIO,
Pietatis ARÆ.

Vtriusque Instrumenti
LVMINI.

Ne, Sacerdotes ritus alios , alias
vè cæremonias, & preces in Missarū celebra-
tione adhibeant, præterea, quæ ab Ecclesia
probata, ac frequenti, & laudabili vſu
recepta fuerint aſcerrimo.

V I N D I C I .

Has Notas, Obſeruationes, & Regulas sele-
ctas ex Bartholomæi Gayanti Cōmentarijs
in Rubricas Missalis deſumptas.

D.LAVRENTIVS VANDER
HAMMEN & LEON , sub Genesi Curiæ
PHILIPPI MAGNI natus , & pro-
creatus; grati animi ergo.

D.S.D.

*IN SACRIFICANDO
adhibendum esse ritum cæmonias
& preces in Missali præscriptas;
& quæ culpa transgressio
huius præcepti.*

*Ex Francisco Suarez tomo 3. disput.
84. sect. 2.*

*D*ico primo, teneri Sacerdotes ad seruandum integrum ritū Missæ, prout in Missali statutū, ac diffinitū est. Probatur primo, ex Conc. Trid. ses. 22. cap. de obseruandis, & vitandis in celebrazione Missæ. Secundò ex Bulla Pij V. præfixa in principio Missalis, ubi sic dicit: *Mandantes, ac districte omnibus, & singulis personis,*
in

in virtute sancta obedientia præcipientes, ut Missam, iuxta ruitum, modum, ac normam, quæ per Missale hoc à nobis traditur, decantent, ac legant; neque in Missa celebratione, alias cœrenonias vel preces; quam, qua in hoc Missali continentur, addere, vel recitare, præsumant. Quod intelligendum est, seclusis privilegijs; tamen qui illis gaudent, tenebuntur, servata proportione, ea dicere, quæ in Missali sibi permisso continentur. Tertiò accedit ratio huius præcepti: quia hæc res grauis est, & ad debitum cultum diuinum spectat, vtque tantum ministerium ordinate fiat. Quando vero hæc omissione sit peccatum veniale, quando vero mortale, ex materiæ grauitate, & ex contemptu.

temptu; vel negligentia, iudi-
candum est. Et infrà Tertiò di-
cendum, est hoc peccatum ex ge-
nere suo esse mortale, tamen ex
leuitate materiæ, vel inaduertenti-
tia posse esse veniale.

Ex Ioann. Baptista Scortia, de sacroſ.

Miff. ſacrif. lib. 2. cap. 17. n. 1.

¶ Porro cùm præcipiat Aposto-
lus 1. Corint. 14. vt honeste, & ſe-
cundùm ordinē omnia in nobis
fiant; nihilque fit in Christiana
Religione ſacrificio maius, aut
venerabilius, vel magis publicū,
in eo maximè ſeruanda erit cæ-
remoniarum, & ritus vniformi-
tas; ſine quibus, teste D. Auguſti.
lib. 19. contra Faſtum. cap. 11. nulla
religio ſive vera, ſiue falſa, conſi-
-

ſtere

ster potest; nutriunt enim inter-
nam deuotionem, ex D. August.
lib. de cura pro mortuis, Ep. 218. &c
Concil. Trident. ses. 22. c. 5. iuuant
intelligētiam, & memoriam con-
firmant; cùm sine his adminicu-
lis exterioribus, non facile natu-
ra humana sustolli possit ad res
diuinās contemplandas. Quare
recte Prälatos mouuit idem Cō-
cilium. Trident. ses. 22. cap. de obser.
& vitand. in celeb. Miss. ne vllus su-
perstitioni locus detur; vt edicto
& pœnis propositis caueant, ne
Sacerdotes alijs quām debitīs ho-
ris celeb̄t; neue ritus alios, alias
sue cæremonias, & preces in Mis-
satum celebratione adhibeant,
præter ea, quæ ab Ecclesia proba-
tæ ac frequenti, & laudabili vsu
recep-

receptæ fuerint. Et Pius V. in Bul-
la initia Missalis posita, mandat, &
omnibus ac singulis strictè in vir-
tute sanctæ obedientiæ præcipit,
ut Missam iuxta ritu[m] modum, ac
normam, quæ per Missale (cui ni-
hil vñquā addendum; detrahen-
dum, aut immutandum, sub in-
dignationis pœna decernit) tra-
ditur, decantent, aut legant; neq[ue]
in celebrando alias cæremonias
vel preces, quam quæ in prædi-
cto Missali continentur, addere,
vel recitare præsumant. Quibus
sanè decretis non tantum prohi-
betur diuersitas precum, sed etiā
cæremoniarum; ideo utrisque hu-
iusmodi præceptum violari po-
test: tum adijciendo nouas pre-
ces, vel cæremonias, unde facile
incur-

incurretur culpa gravis, ex Sos-
to 4.d.13.quest.2.artis.4. Sylvest.
Missa quest.2. & 3. Soarez disp. 83.
sect.3. & disp. 84. sect.2. Nauar.de O-
rat. not. 16. numer. 76. & confilio 3. lit-
br. 3. tit. 41. de celebrat. Miss. Angeli
lo Misa. numer. 11. Et prohibetur
etiam in Concilio Mileuitano
cap. 3. & 12. Africano, cap. 70. Car-
thag. cap. 23. Tolet. IV. cap. 12. tu
omittendo præscriptas cætemo-
nias, preces & ritus (nisi id acci-
dat ex inadvertentia naturali, &
inuoluntaria; quo etiam casu nō
est necesse, si non est de essentia
sacrificij, repetere, cum aduerti-
tur omissum aliquid, v.g. Gloria,
vel Credo, quia non recte tunc
cohærent) in quo erit culpa leuis
si quod sciens omittitur, sit ma-
teria

teria leuis, vel granis, & morta-
lis, si omisum sit pars notabilis,
ut si omittatur mixtio aquae vi-
no, diuino Hbile, &c. Ex Hen-
riquz lib. 9. c. 35. Azor. lib. 10. c. 29.
fin Suarez loco citato.

Ex Bartholomeo Gauanto, tom. I.
part. 3. tit. 12. num. 14.

VT autem Rubricarum obli-
gatio magis innotescat, pre-
ter quod in Bulla Pij V. pro
Missali edita, omnis mutatio, ad-
ditio, & detractio prohibetur, de-
crevit Concilium Tridentin. ses.
7. can. 13. in hac verba. Si quis di-
xerit, receptos, & approbatos Ecclesie
Catholice ritus, in solemnni Sacramen-
torum administratione adhiberi con-
suetos;

suetos, aut contenni, aut sine peccato à
ministris pro libito omitti, aut in no-
nos alios per quemcumque Ecclesiarū
Pralatum mutari pāsse, anathemasit.
Hæc ibi Solemnis certè Sacra-
menti Eucharistiae administratio
in Missa fit; siue sit solemnis siue
privata; & ritus, qui habentur in
Missali Romano, sunt Ecclesiæ
Catholicæ recepti, & approbati,
ut patet. Ex quibus non video,
qua ratione doceant moderni
Theologi, opinionem esse proba-
bilem, quod sine peccato possint
omitti Rubricæ, & sine causa
scienter, etiam in materia leui.
Sed de his satis.

*Idem ibidem, titul. II. à pagin. 210.
usque ad 215.*

Reli-

RElíquum est, vt in ordine ad Missam examinemus duo: alterum est circa Rubricas omnes, alterum circa onera Mis- sarum, quæ subire solent Sacer- dotes, sed nunc de primo. Se- clusa igitur obliuioni, ignoran- tia inculpabili, & inaduertentia, quæ culpā diminuunt. Omissa itē ea Recentioris auctoris distin- ctione in præceptiuas sub mor- tali, & præceptiuas sub venia- li, diuersas à directiuis ; quæ di- stinctio nulla est, aut est quaestio de nomine. Nam præceptum importat propriè in sua significa- tione materiam grauem, & le- thalem culpam.

Dico primo. Quando in Ru- bricis habetur hæc vox, Granissi- mo;

me, seu graviter, peccat, certissimum est, significari peccatum mortale. Septies autem habetur cum de defectibus Missæagitatur. Si non in azymo conficiatur Sacramentum in Ecclesia Latina: Si vinum cœperit accescere, vel corrupti, vel fuerit aliquantum acre, vel mustum de viuis tunc ex pressum, vel sine aqua fiat sacrificium: vel cum aqua nō naturali. Si informa adderet aliquid Celebrans, quod significationem non mutaret. Si celebret suspensus, excōmunicatus, degradatus, irregularis, vel Canonice impeditus. Si celebret in peccato mortali habens copiā Cōfessoris. Si nō habēs copiā Cōfessoris sine cōtritione in peccato mortali celebret.

S

Si integra Sacramenta, extra eas-
sus, quos refert Rubrica Missalis
de defectibus; &c. titul. 10. de de-
fectibus in ministerio ipso occurrenti-
bus, non sumpserit.

Dico secundo. Quando mate-
ria Rubricæ pertinet ad integri-
tatem Sacramenti, seu sacrificij,
ea ita grauis censenda est, ut o-
missio sit peccatum mortale. E-
iusmodi sunt, quæ de pane, vino,
aqua, intentione, forma, sumptio-
ne virtusque speciei sunt præscri-
pta: quæ omnia sub mortali sunt
iuxta Rubricas obseruanda. In
forma quoque illud, *enim*, additū
ab Ecclesia, non potest sine pec-
cato mortali voluntariē omitti.

Dico tertio; Eas Rubricas esse
præceptivas, in quibus concor-
B dant

Hæc Doctores, eas esse de re gravi,
& sub mortali obseruandas esse.
Videlicet, de loco celebrandi non
prohibito, de Ara consecrata, de lu-
mine, de hora celebrandi; de dis-
positione animæ, & corporis (ie-
junio scilicet à peccato mortali,
& à cibo) de ministro, Missali li-
bro, de Calice, Patena, Corpora-
li, & Palla; de Canone integrō,
& secretē recitādo; de prima pu-
tificatione cum vino; de nume-
ro, mūditia, integritate, & bene-
dictione vestium Sacerdotaliū.

Dico quartū: Rubricas aliquas
esse strictioris iuris in Missis con-
uentualibus, seu principalibus
Ecclesiasticis Cathedralium, &
Collegiatarum, quod cum Suarez,
& alijs docet Bonac. in disp. q. d. t. Eu-
char.

q.vlt.pun.7. §.3. n. 3. quia æquipac-
tantur hæ Missæ Horis Canonici-
eis, quæ dicuntur in Choro. Im-
mo vero sunt Horarū quasi fi-
nis, ad quem dirigitur Horæ, ut
egregiè probat Fræchol. de temp.
Horar. Canonit.p.1.c.16.n.18. eius-
modi est Rubrica, de concordia:
Missæ Conuentualis cum Offi-
cio, quæ expressè precipiuntur in ca-
Cū creatura, de celebr. Miss. per ver-
bum, mandamus, Honorijs III. Do-
cet enim DD. à Bonac. citati de
leg. disp. 1. q. 1. pun. 7. §. 4. m. 7. quod
verbum, mandamus, importat obli-
gationem ad mortale, scilicet ab initio

Dico quintō; Propepræceptis
vas eas esse Rubricas, de quibus
disputant Doctores; & tamē Plus
V. & Clemens VIII. inclinantes

expressè in alteram partem, præcipiendo in Bulla, ut iuxta formam in novo Missali traditā, celebretur Missa. Ejusmodi sunt, de Matutino, & Laudibus ante Missam; de mappis tribus; de lumi-
naribus cereis; quæ licet sint con-
trouersia inter Doctores, ij ta-
men Pontifices summi prædicta
potius in suis Rubricis approba-
uere, tamquam tutiora.

Dico sextō; Dubias esse reli-
quas de principio auroræ, & fine
meridiei, de Cruce in Altari, de
pedibus calceandis; de veste tala-
ri; de pileolis vsu, à quo conceda-
tur, extra Canonem; de Oratio-
nibus ad vestes, & post Missam;
de Missa priuata ad arbitrium si-
ne causa; de Missa non approba-

ta, nisi pro quibusdam Ecclesijs;
de votiva, vel de Requiem, in Fe-
sto duplice, & diebus prohibitis,
de Orationibus additis secretò
dicendis, ex deuotione Celebrā-
tis; in quibus omnibus, Doctori-
bus utrinque disputantibus, Ru-
bricis tamen magis adhærendum
esse censeo.

Dico septimò. Inter has du-
bias Rubricas illa est apud me val-
de certa, quod sit de re grauissi-
ma, quæ habetur in Missali Rubri-
ca de Feria, & Vigilia titul. 3. num.
I. nimirum: In Ferijs Quadragesi-
ma, Quatuor temporum, Regotionum,
& Vigiliarum, etiam si duplex, vel se-
miduplex Festum, vel Octave occur-
rat, in Ecclesijs Cathedralibus, & Col-
legiatis cantantur dua Missa, una de

Festo post Tertiam, alia de Feria post
Nonam. Cantari ergo debet, ubi
nimisum cantari quotidie Missa
consuevit a Canonicis; tunc, quia
præcipit Pius Quintus, in virtu-
te sanctæ obedientiæ in Bulla, ut
decanterit Missa iuxta normam
titum, & modum a se prescrip-
tum: hoc est, quandoque duæ,
tum quia altera eorum sine com-
memoratione alterius dici debet
ex Rubrica de Commemorationibus nu-
2. & hoc modo, altera non respō
det integré Officio Diuino, in
quo fit de Festo, & Feria simul
(Missa enim Conventualis debet
respondere integré Horis Cano-
niciis) tū, quia est ritus Ecclesiæ,
per antiquus: teste Microl. de Ec-
cles. obseru. cap. 48. & 58. tum quia,
circun-

circumstantia illa temporis (post
Tertiā altera, altera post Nonā) indicat esse notabilem ritum; tū,
quia Clemētis VIII. auctoritate
Missale recognitum suis locis, o-
cties ad minus, monet Lectorem
hac de re, vt obliuioni non tra-
datur: scilicet, ante Missam de Vi-
gilia Ascens. in Festo S. Marci, in
Vigilia Apost. Petri, & Pauli, in
Vigilia S. Laurentij, in Festo SS.
Cornelij, &c. SS. Ianuarij, &c.
In Vigilia S. Matthæi, & Com-
mem. omnium fidelium Defun-
ctorum.

Dico vltimō; Reliquias Rubri-
cas esse directuas tantū , non
tamen esse negligendas. Saperet
enim contemptum , si quæ ea-
rum perpetuo omittetur , aut

sæpius, & ut plurimum. Et multo minús, si timeatur scandalum:
Contemptum vero, seu scandalum iudicabis grauius, vel leuius,
ex materia, & intentione
Sacerdotis.
(*)



D E

DECRETA
 SACRÆ RITVVM
 CONGREGATIONIS,
 QVÆ AD MISSAM
 ATTINENT.

VNA CVM NOTIS, ET
 observationibus Bartholomai
 Gauanti.

IN Dominicis, & Fe-
 stis, Missam Defun-
 ctorū insepulto cor-
 pore concedit sacra
 Rituum Congreg. 23. Maij 1603
 F. s. a. hoc loco intelliguntur de praecep-

Decreta sacra Rituum
et equalia Dominicis, non tamē mag-
na celebritatis, ut verbis viar Rituua-
dis Rom. puta prima classis, & esse de-
bet praesens corpus in Ecclesia. Sed &
Rubrica Missalis loquitur de Missis
solemni, non autem de priuatissimis, qua e-
ciam in sepolto, hoc est, praesente corpo-
re in Ecclesia, non possunt dici in Do-
minicis, nīq; in duplicitibus. Hac Gauā.
tomo 1. suor. Commentar. in Rubricas
Missalis Romani. parte 1. titulo 5. pa-
gin. 11. lit. X.

2 In Rogationibus maiori-
bus, si processio terminatur ad
Ecclesiam S. Marci, ibi dicenda
est Missa de eodem Sancto, eadē
die. Gauant. tomo 1. p. 4. titulo 15. nu-
7. quia titulus est Ecclesiae, & latitia
locus eo die; nam alioquin cantantur
dua

d̄nae Miss̄ de festo, & de Litanījs, ex
Micr. cap. 58. Gauan. par. 4. tit. 11. num.
mer. 9.

3 Cineres, qui imponuntur
capitibus fidelium, non in mo-
dum luti sunt distribuendi, sed de-
bent esse aridi, eodem die. Gauans
parte 4. titulo 6. luera A.

4 Miss̄ de Annuntiatione B.
V. non est celebranda à Fer. quin
ta maioris Hebdom. vsque ad Fer.
3. Paschæ inclusiuē 9. Maij 1606.
Gauant. parte 4. tit. 9. num. 24. & tit.
15. numer. 5.

5 Gloria in excelsis, cum Cre-
do, omittitur in Votivis pro re-
graui, quando dicuntur cum pa-
ramentis violaceis. 19. Maij 1607.
Res autem grauis ea est, pro qua
con-

Decreta sacra Rituum

conuenit totus Clerus cum Epis-
copo, ut ead. sacr. Rit. Congreg.
decreuit ead. die. *Gauani. part. I. ti-
tulo 8. litera B.*

*11. deo 6 Cereus Paschalis regulari-
ter accendi debere ad Missas, &
1602 Vesperas solemnies in triduo Pas-
chatis, in Sabbato in Albis, &
Dominicis usque ad Ascensio-
nem; in alijs seruandam esse con-
suetudinem locorum censuit sa-
cra Rituum. Congreg. 19. Maij.
1607. Si vero dicatur Missa Paro-
chialis, seu Conuentualis non soli mnis,
ad eam itē die Dominico accendi po-
test. *Gauant. p. 4. tit. 10. n. 47. & 48.**

*7 Tolerari posse Missas de Re-
quiem in duplice Feste, quod non
est de præcepto, ut testatorum
volun-*

Voluntates adimpleantur, cēsunt
Sacra Rit Congreg.i. Septemb.
1607. & rursus. 20. Iunij 1626.
non ait ad arbitriū viuorū; quod
benè nota; sed pro implenda le-
ge Defunctorum. Cauant. part. I,
titulo 5. litera A. secunda.

8 In Altari priuati Oratori,
cui conceditur ex privilegio A-
postolico celebratio Missæ, (exce-
ptis solemnioribus Festis) non po-
test in eo celebrare in Natali Do-
mini, Epiphania Paschate, Péte-
coste, Annuntiatione, Assumptio-
ne beatæ Virginis, Festo sancto-
rum Apostolorum Petri, & Pau-
li, & omnium Sanctorum, ex de-
creto sacr. Rit. Congregationis
17. Nouembris. 1607. Quod declara-

Decreta sacra Rituum
tur magis decreium Concil. Agathen,
cap. 21. de Consecrat dist. 1. Si quis, Or-
dinarij locorum optant addi praedicto
Festorum numero Festum Patroni prin-
cipalis loci, quod est prima classis, &
principi Cultus in proprio loco; & meo
iudicio esset addendum ab ipsissimis pri-
uilegiatis absque novo decreto, in gra-
tiam proprij Patroni principalis. Ga-
uant. p. 1. tit. 20. lit. E.

9. Sabbato Sancto non sunt
pulsandæ campanæ ante Cathe-
dralis, seu Matricis signum, die
21. Martij 1609. Neque in Diœ-
cesi, anque Parochialis signum; ex
decreto S. Rituum. Congr. die 9.
Februar. 1608. Per Parochialem
intellige eam, quæ alijs maior est
dignitate. Gauans. par. 4. lit. H.

10. Com-

io Communionis Cleri facienda est in Cœna Domini; in memoriam, quod Christus communicauit Apostolos, & hoc est seruandum iuxta decret. S. Rituum Congreg. 27. Septembr. 1608. Nec licitum fuit vñquam hodie Sacerdotibus celebrare Missas priuatas ob receptam consuetudinem faciendi vnum factū sollempne. Extatque Canon Soteris de hac communione generali de Constit. dist. 2. in cœna. Communient autem Presbyteri cum Stola de collo pendente, ex Cœcil. Braccar: 3. Can. Si tamen Stola omittatur, non est peccatum mortale, ex DD: apud Bonac. disp. 4. q. 6. pun. 2. n. 2. Grauenst. p. 4. tit. 8.

Decreta Sacra Rituum

11 Missæ Defunctorū certo
die dicendæ, eo impedito, trans-
feruntur in sequentem, Sac. Rit.
Congregat. die 27. Septēbr. 1608
ut citius defunctis consulatur,
Durand libr. 7. de Offic. mor-
tuorum. *Gauan.* p. 1. titulo 5. lit. T.,

12 Abbatæ, & alij Regula-
rii Superiori non possunt be-
nedicere paramenta Ecclesia-
rum non sibi subditarum, ex de-
creto sacrae Rituum Congregat.
die 24 Augusti 1609. Et renoua-
to in favorem Episcopi Spo'le-
tani die 30. Septembr 1628. Ne
que obstat consuetudo allegata
a Tamburinio de iure Abb. to-
mo 1. disput. 22. quæstione 2
numero 2, quam abrogavit, &
non

non obstat declarauit eadem
Sacra Congreg. 18. August. 1629.
Gauant. par. 4 titul. 19. nro. 23.

13 Canonici tenentur ad cā-
tandum Missam de die, ut lucren-
tur distributiones; ex decteto sa-
crae Rituum Congreg. die 25. Iu-
niij 1611. & die 28. Januarij 1612.
Ratio est, quia Conuentualis Mis-
sa debet semper concordare cū
Officio; capit. Cum creatura, de-
celebrat Miss. vbi verbum, man-
damus obligat ad mortale, ex Bo-
nacin. de leg. disput. 1. q. 1. pun. 7.
§. 1. num. 7. cū communi; & in c.
Quidā; & in c. Et hoc, de conse-
cratione, dist. 1. Azor lib. 10. c. 22
q. 7. & nota, quod neque omitti
potest pro Missa defunctorū in-

Decreta sacra Rerum
d.ca.Cum creatura.Gauant.par.t.
iii.4 litera P.

14. Vicario Apostolico neq;
Comendatario, seu eiusdem Pro-
curatori non defertur liber oscu-
latus in Missa; rex decretis Cō-
gregatio. Card.super negotia E-
piscoporum 22. & 23. Augus. 1589
& ex decreto S.Ritu Congreg.
die 17. Septemb 1611. neque alijs
in Rubrica 6. Missalis, ubi de Epi-
stola, non nominatis, sine faculta-
te Sedis Apostolicæ, Principibus
autem magnis ex tolerantia, nō
autem inferioribus laicis: & illis
aliis liber deferendus est, nō idē
ipse Celebrantis, qui proptimum eo
casu semper osculari debet librū
Gauant part. 3. cit. 6. litera B.

15 Paraimenta non debent
poni in Altari , in quo Missa est
facienda, nisi pro solis Episcopis,
& Cardinalibus , vt decreuit S.
Rituum Congregatio die 7.Iulij
1612. Deficiente verò sacrifitia,
aut mensa separata, si in casu ne-
cessitatis ponantur in Altari, nū
quam tamē in medio, sed in cor-
nu Euangelij collocentur: Ga-
uant.p.2. tunc. 1. aster.

16 Diaconus non debet pa-
cem dare laicis , neque domino
loci , ex decreto sacrae Rituū
Congregat s. Iulij 1614. Neque
datur vñquam cum Patena , vi-
ce tabellæ, seu instrumenti, quam
Patenam prohibuit Pius V. in
Epist. ad Archiep. Tarragonen.

Decreta sacra Rituum
data die 8. Ianuarij 1571. & rela-
ta à Vincentio Sorriano parte
I. Gauant. parte 2. tit. 10. lit. Y.

17 In Canone Missæ nomi-
ne Antistitis non debent Regula-
res nominare suos Generales, vel
Superiores, ex decreto sacræ Ri-
tuum Congregat. 12. Nouembr.
1615. Neque nominandus est Ab-
bas exemptus loci sed Episco-
pus vicinior, ad quem pro ordi-
natione itur. Neque enim Abbas
est Antistes, de quo in Canone.
Gauant. parte 2. titulo 8. litera N.

18 Regulares in processioni-
bus debet ferre Crucem cum ve-
lo, seu panno; ex decreto sacri Ri-
tuum Congregat. 14. Ianuarij
1617. ad indicandam subiectio-

& inferioritatem respectu Clerici
secularis; eadem ratione, qua bac-
culo Abbatiali appenditur velum,
seu sudarium nodo eiusdem ad
differētiā baculi Episcopalis. Et
mulieri datur velamen supra ca-
put subiectionis indicium sub vi-
to. i. Corinth. xi. Gauant. parte i. tē
tulo 19. litera E.

19 Vbi habetur corpus, vel
insignis reliquia Sancti, de quo agi-
tur Officium, sit duplex cū Cre-
do; ex cōcessione Gregor. XIII.
anno 1573. facta Ecclesijs Hispa-
niarum. Insignis Reliquia est ca-
put, brachium, crus, quibus sacra
Rituum Congregat. die octauo,
Apr. 1628. tamquam insignē Re-
liquiam, addidit eam partem coe-

Decreta sacra Rituorum

poris , in qua passus est Martyr,
modo sit integra, & non pauca.
Quod si corpus habeatur inte-
grum, aut illius magna pars, a for-
tiori Symbolum in Missa recita-
ri debet. Praedicta vero intellige
de Reliquiis approbatis, ut decla-
ravit ead. sacra Congreg. die 3. Iu-
nij 1617. & praedicta die 8. Apri-
lis 1628. Gauit. par. I. tit. III. lit. H.

20 Non defecatur Tabernacu-
lum sanctissimae Eucharistiae Sa-
cerdotum humeris, sed manibus
tantum Celebrantis, non obstan-
te quavis contraria consuetudi-
ne, quam abusum esse declaravit
sacra Rituum Congregat. die 3.
Junij 1618. Imago vero, quæ est
in Hostia, debet erga vertere Se
lebrant.

lebranti; & ita accidit, dum ab Altari Diaconus Tabernaculum accepit, & stans genuflexo celebratim immediate tradit. Gauant, part. 4. titulo 12. num. 4.

21 In Oratione, Acunctis nomina Patronorum sancti Michaelis, vel sancti Ioannis Baptiste preponi debet Apostolis, ex decreto sacrae Rituum Cong. die 22. Augusti 1620. *Sicuti in Confessione praeponuntur. Gauant, part. 4. titul. 17. numero 29.

22 In Parafscene, si incidat Festum Annuntiationis Beat. Virginis, non tenentur fideles ad Missam audiendam, vel praedicto Officio interesse, nec distribuenda est Eucaristia alijs, quam infre-

Decreta sacra Rituum

mis. Ita censuit sacra Rituum
Congr. die 19. Februarij 1622. Ga-
manti. part. 4. tit. 9. num. 24.

23 Missa quæ nomine Rosar-
ij cricūfertur, concessa tantum
Ordini Prædicatorum à sacra
Rituum Congregatione die 25.
Iunij 1622. & prohibita fuit alijs
cōdem die; & rursus die 8. Apri-
lis 1628. Vbi adest Altare, seu Ca-
pella Rosarij, ex decreto Gregorij XIIIT
die 1. Aprilis 1573. Festum Rosarij
debet celebrari duplici maiori Officio,
in prima Dominica Octobris, que scili-
cti occurrit in Kalendis, vel post Kalen-
dis, ut in Feste ad Nunc, cum lectioni-
bus 2. Nocturni de Nauit. B. V. anum-
to verbo Natali, quod est in lectione
prima, in solemnitate. Gassant. como 1.

part.4 titul.15. numer.12. & tom.2.
scđ.7.c.12.

24 Missæ certis Regularibus
concessæ tantum, puta de Sanctis
Ordinis eorum, aut alijs, quæ nō
habentur in Missali Romano, nō
possunt ab alijs dici, nec etiam
in ipsorummet Regularium Ec-
clesijs, ex decreto sacræ Rituum
Cong. 19. Nouembris. 1622. Gauan.
P.3. tit. 10. pag. 209.

25 Uſus annuli in Missa pro-
hibetur Protonotarijs non parti-
cipantibus, & quibuscūque alijs
Doctoribus, per decretum S. Rit.
Cong. die 11. Febr. 1623. Et ratio
est, quia proprium est Episcoporum non
solum extra Altare, sed & in Missa
Pontificali, in qua inbetur gestare an-

Decreta sacra Rituum
nullum in digito annulari dexteræ ma-
nus. Cœrem. Epis lib 1.c.7. & lib. 2.
c.8.ad honorem, & significationem,
quod Ecclesia sua sponsus ist; & quod
velut annulo signatorio non omnibus
omnia reuelare mysteria debet. Ita
Isidor L. de Ecclesi. Offi. c.5. Gauant. vo-
mo 1.p.2.tit.1 lit. X.

26 Clavis Hostiae repositæ in
Fer. 5. Cœnæ Domini non debet
dari laico, quantumvis nobili,
ex decreto S. Rituum Cong. 20.
Januar. 1610. Sed ei potius qui sequē-
ti die est celebraturus. Gauant. par. 4.
tit. 8. iii. T.

27 In Festo Stigmatum san-
cti Francisci color albus adhibe-
tur, ex sacr. Rituum Congrega-
tio. 9. die Decembris 1623. Ga-

uant part. I. iunio 18. lit. X.

28 Facultas concedendi pileoli usum in Missa etiam extra Canonem, Sedi Apostolice reseruata est: ut ex decreto quod est Papale, & in Concilio Romani ex praxi Romana: nam sacra Congregatio Cardin. super negotia Episcoporum 2. Ian. 1590 & 17. Ian. 1595. concessit, extra Canonem, usum pileoli Episcopo Fauentino, & respondit Archiepiscopo Urbinate, eo non posse uti sine licentia Sedis Apostolicae. Idem sensit sacra Rituum Congregatio. die 31. Ian. 1626 & 24. Aprilis eodem anno, ad Papam scilicet spectare hanc dispensationem.

*Decreta sacra Rituum
dispensationem: & ita respon-
dit rursus sacra Rituum Congr.
die 26. Feb. & 7 August. 1628. A
quibus non decet dissentire decretis,
Gauant. p. 2. titul. 2 liter. E.*

29 *Sacra Rituum Romana
Congregatio die 16. Maij 1626.
decreuit, non posse omitti alte-
ram Missam ex duabus cantādis
de Festo, & de Feria ob celebra-
tionem Capituli Canonorum;
& iterū hoc idem die 16. Ianuar.
1617. asseruit; ne dux Missæ etiā
ex necessaria negotiorum causa,
& Capitulari omittātur. Gauant.
p. 3. tit. 12. n. 11.*

30 *Sacerdos stans dete~~cto~~ capite,
& Diacono tenēte à dextris
cuius vas cingerū. Carem, Ep. lib. 2.*

CAP.

cap. 19. imponit cineres. Aperto,
inquā, capite, distribuit eis can-
delas, & ramos, ex decret. S. Ri-
tuum Cen. 18. Iulij 1626. Gauāt.
p. 4. tit. 6 lit. P.

31 In Missa Feriæ quartæ Tē
porū occurrentis in die Octaua
Nativitatis B. V. non dicitur Glo-
ria, neque Credo; neque etiam
Prefatio de B. V. sed ferialis dici-
tur; ex Rubrica, quæ habetur in
Missali in Missa Rogationum, &
ita etiam decrevit sacra Rituum
Congr. die 12. Decembris 1626.
Et anno 1627. casus occurrat. Gauant.
p. 4. titul. 15. num. 15.

32 Non potest induci con-
suetudo, contra Ritum cantan-
di Missam Conuentualem de die
ob.

Decreta sacra Rithum
ob Votuum, seu pro Defunctis
die 16. Ianuarij 1627. & 17. Iulij
1628. Gauan. part 1. tit. 4. lit. T.

33 Celebrans signabat facie
tantum cum Patena signo Crucis
ait innocentium Tertius lib. 6 c. 1. Alij
signabat se, ait Dur. lib. 4. cap. 50.
Et hic ritus est congruentior, a
fronte ad pectus, signoq; Crucis
integro; ut ait Rubrica 10. Mis-
salis, ubi de Orat. Domin. & ita
etiam declarauit Sac. Rit. Congr.
die 13. Martij 1627. Gauant. p. 2. tit.
10 lit. T.

34 Si fessum de precepto ca-
dat in diem assignatum pro Al-
tari priuilegiato: puta feriam se-
cundam extra quam priuilegium Al-
taris pro defunctis est nullum, non po-
test

test adhuc Missa dici de Requiem
vti decrevit eadem Sacra Congre-
gatio die 24. Aprilis 1627. Gauat.
P. I. tit. 5. l. 1.

35 Non possunt Protonota-
rii benedicere paramenta Eccle-
siarū, neque proprias vestes, ex
decreto sacre Rituū Congreg.
27. Julij 1627. Gauant. part. 4. titul.
19 n. 22.

36 In Missis Priuaris, nisi a-
liud exigat ratio Festi, accendere
quatuor candelas in Altari, non
conuenire Vicariis Generalibus,
licet sint Protonotarii, sicuti nec
eisdem ministrari a duobus Ca-
pellanis, decreuit Sacra Rituū
Congregatio. die 7. August. 1627
Gauant. p. I. tit. 20. litera Y.

Decretal sacrae Rituum

37 Si Festum sanctorum Phi-
lippi, & Iacobi occurrat infra O-
ctauam Ascensionis, tunc Com-
municantes á sua Præfatione se-
paratur, nā Præfatio erit de Apo-
stolis, Cōmunicantes verō de Af-
cēsione, licet in Missa, nulla fiat
commemoratio Octauæ. Idemq;
accidere potest in Inventione S.
Crucis, & in Missis solemnibus
votivis, quæ dicuntur infra eādem
Octauam, & habent Præfationem
propriam. Ratis est, quia Communi-
cantes habent infra illam Octauā quasi
rationem de tempore, sicut haberent e-
tiam Præfatio de Octaua in predictis
Festis, si propriam Præfationem non
haberent, ut dicitur in Rubrica Mis-
salis de Offertorio, &c. qua est 12. in
ordine.

ordine; & licet nulla fiat Commemo-
ratio de Octava, dicitur tamen, Com-
municantes; sicut in Officio dicitur ad
Primam, & in fine Hymnorum in p̄a-
dictis festis, Qui scandis super si-
dera, Neq; enim ideo uniuersi omuni-
cates Praefationi, ut una simul: vel di-
catur, vel omittatur, sed ut facilius, u-
trūq; reperias. Atq; ita decreuit tam
dem S. Rituum Congregatio die.
28. August. 1627. Hac Gauant. part.
I. titulo 12. litera G.

38 In festis primæ classis nō
dicitur Oratio: Deum refugium no-
strum, seu alia iussa dici quotidie
pro publica causa à Superiori, ex
decreto sacræ Rituum Congre-
gation. 28. August. 1627. In alijs
verò secunda classis eēmūnior usus in-

Decretum sacra Rituum
signiarum Ecclesiasticarum urbis est, ut
neque dicatur in Missis privatis, neque
in solemnitate quia sola excluditur com-
memoratio de festo simplici, que con-
suetudo mihi placet. Ita vero addatur
hac oratio, ut nulla omittatur ex ijs,
qua in Missali cuique Missae singilla-
tum, & nominaliter assignantur: immo
in ijs, in quibus certa est ad libitum, po-
test eam dicere, & addere: Deus re-
fagium; ea ratione tamen, ut serues
debitum numerus videlicet, tres in
Dominicis, & semiduplicibus, quinque
in simplicibus, feriis, & volinis; iux-
ta Rubricam Missalis IX. qua est de
Orationibus. Gaspar. p. 1. tit. 9. lit. I.

39 In fine Missæ ad quodcū-
que Altare celebratæ, fit reveren-
tia Crucis infra gradus, capite sē-
per

per aperto, ex Rubrica generali
Missalis vltimi Vaticani, quæ est
de Bened. in fine Mis. anno 1609.
editi: quam idem retinendam esse
omnino decrevit sacr. Ritu Cō-
gregatio die 28. Augusti 1627. Ver-
ba Rubrica sunt haec. Quibus omni-
bus absolutis, extinguitur per
ministrum candelæ, inierim Sa-
cerdos accipit sinistra Calicem;
dexteram ponens super bursam,
ne aliquid cadat: descendit ante
infimum gradum Altaris; & ibi
in medio vertens se ad illud, ca-
put inclinat, vel si in eo est Ta-
bernaculū sanctissimi Sacramē-
ti, genuflectit, & facta reveren-
tia, accipit birretum à ministro;
caput cooperit, ac precedente,

Decreta sacra Rituum
eodem Ministro, eodem modo;
quo venerat, redit ad Sacristiam
interim dices Antiphonam, Triū
puerorum, & Canticum, Benedi-
cite. Gauamus vero explicās illa ver-
ba Caput inclinat, ait: Hoc est, aper-
tum, sicuti initio Missæ, in eodem loco
veneratus est Altare, & Crucem capi-
te discooperto. Eadem enīm est ratio;
& decet ut ubi depositus, ibi etiā reci-
piat birretum. Quod autem hic dici-
tur, Et fulta reverentia, nō aliā de no-
uo intellige, quām capitis inclinationē,
sem genuflexionem: de qua proxime di-
latum fuit. Neque enim duplex fit re-
verentia, quod per prā nōnullus scrip-
tit. Hac Gauant. p. 2. tit. 12. lit. H.

40 In diebus, quibus prohibe-
tus fieri de festo duplice, nō pos-
sunt

sunt dici Missæ Votivæ, neq; de
 Requiem, ex decreto sac. Rituū
 Congreg. 28. August. anno 1627.
Hoc est, à Dominica ad Dominicam,
 quando non est duplex: quia Rubrica
 Missalis, quæ est de Missis Votivis, lo-
 quitur tantum de alijs diebus infra Héb-
 demadam. non tamen de Dominicis,
 quando Officium non est duplex. Et
 hoc rectè quidem, tum quia duplex so-
 lemnitatem habet, tum quia in Festis
 inferioris gradus pluralitas Orationū,
 & in præparatione, gratiarūve actio-
 num post Missam non duplicate. An-
 tiphone minus incōgruūt Missa Voti-
 vae, quā in Festis duplicitibus, in quibus
 una tantum Oratio dicitur, & prædi-
 cē Antiphone duplicantur. Ex quo
 consequenter dicendum est, prohiberi

Decreta sacræ Rituum
votivas in ijs etiam diebus, in quibus
prohibetur fieri de Festa duplo; at-
gumento à fortiori sumpto, nempe in-
fra Octuam Epiphania, Paschatis,
Pentecostes, in Fer. 4. Ciner. in Heb-
domada maiori, in Vigilijs Na-
uit. Domini, & Pentecostes. Tamen
pro re gravi, poterunt cantari Missæ
Votivæ, etiam in Festis non maiori-
bus, cantata item altera de die. Gauat.
p. I. tit. 4. lit. O.

41 In Parascene nō immit-
titur particula in Calicem cum
signis Crucis consuetis, neque
se signat cum Calice Sacerdos,
quod firmavit decretū sacræ Ri-
tuum Congregation. die 28. Au-
gust. 1627. Et licet in Rubric. Mis-
sæ. de Fer. 6. in Parasc. dicatur: Mit-
tit

Congregationis.

19

ritin Calicem more solito, cedit
hoc verbum More solito, super totam
Hostia diuisionem, non præcisè super
immissionē particulæ. Vides hoc etiā lo-
eo, quod A more solito, nō dicit omnia de
more solito fieri. Gauant. part. 4. tit. 9.
lit. N. & R.

42 Litanixæ maiores, si occur-
rāt in die Paschatis, trāsferuntur in
Feriā tertiam sequētē, ex decre-
to fact. Rituū Cōgreg. die 25. Sep-
tēbr. 1627. Gauant. p. 4. tit. II. n. 11.

43 Post recognitionem Mis-
sallis, non est datus Hymnus An-
gelicus cuicunque Missæ de B.
V. quicquid in vulgus sparserint
aliqui, & falsò. Iamd̄ fact. Rituū
Congreg. deleri iussit anno 1627
de quibusdam ka'endarijs insig-

Decreta sacrę Rituum

hiorum locorum decretum fal-
sō adscriptum eidēm Cōgrega-
tioni contra Rubricam Missal. de
Introitu , vbi agitur de Hymno
Angelico in Votiuis B.Mar. Ga-
uant. p. i tit 9. n. 4. lit. Z.

44 Missa de quindecim Auxi-
liatoribus, quæ impressa est Vene-
tijs, reiecta est à sacra Rituū Con-
gregatione die 16. Ianuarij 1617.
Ita ut neque retineri possit in calce
Missalis sub pœnis librorum prohibi-
torum. Eodemque modo reiectæ
sunt Missa de Patre Æterno Ma-
driti edita, & Missæ quæ circum-
feruntur S.Gregorij pro viuis, &
defunctis Venetijs impressæ; quia
neque sunt S.Gregorij, neque ap-
probatae à sancta Sede Apostoli-

ea Extant decreta prælo data die
8. April. 1628. Qazani. p. q. tit. 17. n.
14. & tit. 19. num 14.

45 Missæ Rosarij, & de Mon-
te Carmelo non nisi tantum Op-
dini Prædicatorum, & Carmeli-
tis sunt concessæ à sacra Rituum
Congregat. die 25. Iunij 1622. &c
die 8. April. 1628. Gauant. p. q. tit.
15. num. 22. & tit. 17. nu. 9.

46 Non prohibentur trigin-
ta Missæ sancti Gregorij pro de-
functis ab ipsomet institutæ, aut
approbatæ, ex decreto sacræ Ri-
tuum Congregationis, die 28. O-
ctobr. 1628. & prælo datum est de-
cretū petentibus Monachis sancti
Gregorij de Vrbe. Ritus autem ha-
rum Missarum a sancto Gregorio 4.

Decreta sacra Ritu[m]

dialog. 55. prescribitur Abbat[i] Pretio-
so pro Monacho Iusto, his verbis. Va-
de, ab hodierna die diebus trigin-
ta cōtinuis offerre pro eo sacri-
ficiu[m], stude ut nullas omnino
prætermittatur dies, quo pro ab-
solutione illius, Hostia salutatis
nō offeratur. Ex quibus intelligere
possunt celebrari diuersas Missas, quod
primo non est necesse, ut idem sacer-
dos per mensem celebret diebus trigin-
ta; sed necesse est, ut offeratur Hostia
per mensem, siue ab uno, siue a pluribus,
ut patet ex his verbis, Siude offerre, ne-
que addit Abbat[i], per te; quod esset o-
mni graue. Secundo, sufficit offerri si-
crificium; von autem omnes Missa
dicenda sunt r[ati]o proprio de defunctis
qui in Dominicis, & Festis duplicibus

inter-

intervallis prohibetur. Tertio, con-
tinuis diebas fiari debet, ut nullas om-
nino pratermittatur dies, remora su-
perstitione, quam vetuit Trid. scilicet 22.
variane numeri. Neque discontinuatur
ob triduum maioris Hebdomadae, quo ex
usu Ecclesiae probato, non debet celebra-
ri. DD. autem, qui volunt cas posse dis-
continuari, vel uno die dicti omnes xxx,
concludant valere, tamquam triginta
Missas; sed non ut cas, quas instituit S.
Gregor. ut ex eiusdem verbis patet. Gu-
nani. p. I. tit. 5. lit. D.

46 Annuli usus in Missa pro-
hibitus fuit Canonicis Cathedra-
lium Ecclesiarum, qui se ma-
ioris aestimabant Protonotariis
die 20. Nouemb. 1628. Canonico-
rum vero nomine hac in re intelliguntur
eliam

Decreta sacra Rituum
etiam Dignitates sine sint , sine nō sint
de gremio Capituli . Gauant . p . 2 . iiii .
i . litera X .

47 Capellani Monialium Bre-
viario utentium non Romano,
dicere possunt Missam de San-
cto Ordinis , de quo Moniales Of-
ficium , sed cum Missali Roma-
no , ut in prop . de Sanctis vel de
Communi , sacra Rituum Con-
gregatio ita decreuit die 20 No-
uembr . 1628 . Si nulla est Misericordia in
Missali Romano , quae concorderet cum
Officio Monialium , puta de Nominis
Iesu , de Spinea , Corona , & similibus , co-
casu Missam de Cruce , vel Passione re-
citare poterunt , vel certe pro debito
licentia ad eant sacram eamdem Con-
gregationem . Gauant . p . 3 . tit . 10 . n . 16 .

48 Episcopi carent facultate
delegandi alijs Sacerdotibus be-
nedictionem paramentorum, &
earum retum, in quibus unctio
non adhibetur. Ita Tabiena verbo
Abbas, num. 12. Ugolin. de Episcopo
cap. 32. num. 5. & alij : & in praxi
sacra Rituum Congregatio sæ-
pius requisita fuit ab Episcopis in
signioribus, & S.R.E. Cardinali-
bis, eiusdemque sacrae Rituum
Congregationis Præfectis, iustis
de causis apud Ecclesias proprias
non residentibus, pro facultate
delegandi: & eam pluribus con-
cessit aliquando, limitando per-
sonas in dignitate constitutas. 14.
Noueb. aliquando tempus ad sex
menses 14. Mar. 1616. & sæpius tâ-
dem

Decreta sacrae Rituum

dē sine limitatione 2. Maij 1619.
& deinceps alijs eodem modo.
Ratio est, quia de potestate Ordinis est
tac benedictio: ea vero non potest ab
Episcopo delegari, sicuti potest in rife-
ditionis, qua delegari potest. Gauani.
P. 4. t. c. 19. n. 23.

49 Missa Conventualis dicti
debet statim post Tertiam in fes-
tis duplicibus, & Dominicis, &c.
iuxta Rubricam Missalis, non
post Sextam. Quod si propter
terræ frigiditatem, populus tar-
dius venit ad Ecclesiam, prestat
differri tempus recifandi Ter-
tiam, quam debitum ordinem
innottere. Ita censuit sacra Ri-
tuum Congregat. referente F.
Iohanne Alcozer, in suo Caremo-
niali,

niali, erat. 3. gloss. 15. §. 2. pag. 199. Gauant. p. 1. tit. 15. lit. A.

50 Eadem cōcessit insignioribus Regularium Ecclesijs vsum planetarum plicatarum, Alcozer dicit tract. 3. gloss. 14. §. 6. pag. 226. Gauant. p. 1. tract tit. 19. lit. E.

51 Eadem decreuit Diaconū & Subdiaconum vñā cum celebrante sedere passe, dum cantatur à Choro, Kyrie eleison, Gloria, & Credo, iuxta Regulam Missalis de Ordine genuflectendi, &c. Et si datur tempus, licere eis etiam sedere, dum cantatur Epistola à Subdiscono, & Graduale à cantoribus. Alcozer cod. tract. gloss. 17. §. 6. pag. 208. Gauant. part. I. titul. 18. numer. 6.

52 In Feria v. & vi. maioris
Hebdomadæ nō sit processio Sa-
cramentī extra Ecclesiam, ex de-
creto S. Cong. per negotia Epis-
coporum die 6. August. 1591. Ante
Pium V. de hac nulla mentio est in
Missalibus. Fit autem de more, Aco-
lythis, nimirum cum cādelabris Crucē
comitantibus. Gauā. p. 4. tit. 8 lit. H.

53 Abusus deferendi nocte
in Fer. vi. Parafœues processio-
naliter sanctis. Sacramentū, abro-
gatus fuit à S. Cong. Card. sup. ne-
gotia Episcoporum die 22. Mar.
1596. Ut alienus aruu, & legitimo
sensu S. R. E. que occulat his diebus
Eucharistiam & in aliud tempus ideo
distulit processionem, & Festum Cor-
poris Christi. Gauāt. p. 4. tit 9. n. 26.

54 Qui Missas nouas celebrat
 non possunt circumire Ecclesiā
 ad oblationem, ex dect. S. Cong.
 Trid. Conc. ses. 22. Neque in fine
 oblationis debet dari benedictio. An
 verō populus osculari debeat celebran-
 tis manum ; seruetur locorum con-
 suetudo : certe non in Missa De-
 functorum. Gauant. par.

2. lit. 7. num. 5.
 lute. F.



EX C O M M E N T A-
rijs in Rubricas Missalis Bartho-
lomxi Gauanti Conclusiones ,
& Regulæ selectæ , in celebra-
tione Missarum ab Eccle-
siasticis viris maximè
notandæ , & ob-
seruanda .

P A R S P R I M A :

¶ **V**erum illud , in Rubricis
Miss. de Feria , & Vigil.
vel Octaua , quidam expli-
cant de quolibet die infra Oc-
tauam , ita ut , occurrente Feria
ex praedictis in die infra Octauam ,
dici debeant duæ Missæ de
Octaua , & de Feria : sed in Missa-

li in Vigilia SS. Petri, & Pauli,
quando occurrit in Sabbatho (oc-
currēte tūmīrū S. Leon. festo in
Dominica) itē, & in Vigilia Assū-
ptionis B.V. non præscribuntur
cūx Missæ de Oct. & de Vig. er-
go neq; in alijs similibus Fetijs
erūt dicitur. Neq; dicas esse casū,
ijs locis omissū; tū quia in recog-
nitione Missalis notatæ sunt dili-
gētissimè, me præsēte, duę Missæ
quādo debet dici, in proprijs lo-
cis; tum quia diuersa est ratio in-
ter Festū, diē Octauā, & diem in-
fra Octauam. Festum enim se-
mel accidit in anno; dies Octauā
est æqualis ferē ritus cum suo
Festo; at dies infra Octauam
sæpius occurrit, & sine iniuria
E 2 omitti

Regule selecte

bmitti potest. Vnde dictum verbum intelligendum est de die 8.
Gauāt. 10. 1. p. 1. l. ii. 3. pag. 5. lit. I.

*In Vigilijs, quæ veniunt infra Octauam, Missa dicitur de Vigilia cum commemoratione Octauæ; & in hoc casu discordat Missa ab Officio, quia Missæ propriæ de Vigilia conuenit ut cedat ea Missa, quæ infra Octauas saepius repetitur: populus etiam, qui ad Missam, non ad Officium conuenire solet, cum Missa de Vigilia ad ieiunium mouetur, & animatur. Eadem ratione Feria quatuor Temporum occurrente alicubi infra Octauam, Missa erit de Feria cum commemorat Octauæ; quia Vigilia cedit Feria unicumque quatuor Temporum

eademque est ratio de Feria secunda Rogationum infra Octauam.

3 *Dubitari potest, de Vigilia S. Ioannis Bapt. infra Octauam Corporis Christi; quæ excludit Festa semiduplicia; sed hoc non obstat, quia semiduplex transferatur cum Officio, & Missa: Vigilia verò non transfertur, & Missam tantum habens, non tollit Officium de Octaua, neque Missam de eadem, quæ sæpius infra Octauam dici solet. Cōmuniō autem fuit hæc sententia anno 1628, ut patet ex Calendarijs diversis eiusdem anni, quo occurserunt Vigiliæ S. Ioann. & sanct. Apostolorum infra Octauam Corporis Christi, quod nimisum Mis-

Regula selecta

ta de Vigil. dicenda sit cum com.
Octauæ iuxta præsentem Rubr.
contra quain non vrgent ea,
quæ afferuntur: non autoritas
P. Ruiz, seu Alcozer Millam de
Octau cum com. Vig. gratis præ-
scribētum, non Castaldi gratian-
sis præterea Collegiatas duab.
Missis, de Octau. & Vigilia; non
aliorum congruentiaz ad sacram
Congregat. delataz: quia aiunt,
Deperduntur indulgentiaz con-
cessæ Oct. Corporis Christi, omissa
de Sacramento Missa. An deper-
duntur in festo duplici inf. eam
Octauam occurrente? Neq; quia
cōcordare debet cū Officio Mis-
sa: quod non est verum cum infra
eamdem Octauam possint dici
Missæ

Missæ Votiuæ; & pro Defunctis,
quocumque die, non est duplex.
Neque quia Missa de Sacramen-
to magis excitat ad pietatem po-
pulos, quam Missa de Vigilia, quæ
certè ex Alcuino in Parasene exci-
tat ad imitandas passiones Mar-
tyrū. Neq; quia Officiū Vig. ce-
dit Festo semiduplici, quod ces-
sat infra Oct. Corporis Christi;
solutiores enim sunt leges Mis-
sa, quam Officij; cessatq; Officiū
semiduplicis Festi, nō Missa Vo-
tiua, neque Vigiliæ. Nec denique
vīm faciunt ea verba post Missā
de Festo Sacramenti, videlicet:
Infra Octau. dicitur hæc eadem
Missa. Nam sensus est; non quod
quotidie dicatur, exclusis Votiviis

Regula selecta

& de Requie, quæ à Rubricis, eo tempore cōceduntur, sed quod eadem repetatur Missa, quando de Sacramento ea dicenda sit. Vide similia verba post Missam S. Laurentij, Assumpt. & Nativitat. B. V. quæ tamen verba non excludunt Missam de Vigilia, neq; Votiuā infra easdē Octauas.

4. Quæres ex prædictis: cur in Cathedralibus, & Collegiatis nō dicuntur duæ Missæ, vna de die infra Oct. alia de Vigilia; sicuti infra Oct. omnium Sanctorū, vna dicitur de die infra Oct. alia pro Defunctis, in Commem. omnium Defunctorū? At ecce disparitas; potest enim in Missa Vigil. fieri Commemor. de die infra Octau. de

de qua non potest fieri in Missa
Defunctorum. Gauant. iem. 1. p. 1.
tit. 3. lit. L.

5 Quando Rubrica Missalis
de Missis Votiuis dicit, Et quoad
fieri potest, Missa cū Officio cō-
uēiat, loquitur de priuatis Missis,
nam Conuentualis semper de-
bet concordare cum Officio. Ga-
uant. part. 1. tit. 4. n. 3 lit. P.

6 Cōuentualis Missa semper
erit de die, vel in feriali Officio
erit Votiva, secundūm ordinem
dierum assignatum in fine Mis-
salis; non autem Votiva ad libitū
Cleri, seu laicorum: Priuatæ vero
Poterunt dici Votivæ quæcumq;
in diebus non duplicitibus, neque
Dominicis, non seruato dicto or-

Regule selectæ

dine dicrum; arbitrio rationabili
celebrantis. *Gauant.* *ibidem.*

7. Verbum illud Rubricæ de
Missis defunctorum, *Dicantur dñe*
Missi, est præceptuum, & obli-
gat; neque omitti debet. *Gauant.*
ibidem, tit. 5. n. 1. lit. R.

8. Omnipotere, cadavere
præsente, potest celebrari pro de-
functis, nisi in Parasceve, quo die
Corpus Christi immolati non
debet, & eo casu differendæ sunt
exequiæ in crastinum, in quo post
Missam Sabbati sancti, posset a-
lia Missa celebrari pro defuncto.
Quod intellige iuxta patrios mo-
res Durandi, ubi nimicum viget
consuetudo sepeliendi defunctos
simul cum Missa, & numquam
sine

sine ea absque scandalo. Exstant.
cod. tit. 5. n. 2. lit. X,

Si quis in die Paschæ moriatur, corpus eius reserueretur in sequentem diem ob reverentiam Paschæ. Idem ibidem, & Kunale Romanum Pauli Quinti.

10 Quamquam in primo triduo maioris Hebdomadae horrantur nos Constitutio Apostolica libr. 5. capit. 13. ad orandum pro ijs, qui pereuntis (quæ verba importare solent sacrificium apud sanctos Patres) potest etiam fieri sacrificium sine Missa de Requiem pro Defunctis. Qua ratione ritus antiquus, & nouus non discordant. Idem ibid. lit. A.

11 Vbi plures dicuntur Officiorib[us]

*Regula selecte
tationes, oratio Fidelium erit sem
per ultima: idē ibidē n. 3. lit. A.*

12 Præter diem obitus, seu de-
positionis, & Anniversarij, qui
celebriores reputantur, sole-
mnes habitu sunt, tertius, septimus
& trigesimus, constante Ecclesiæ
ab Apostolis traditione. *Ibidem li-
tera B.*

13 Rubrica Missalis de Trans-
latione festorum, loquitur abso-
lutē, & sine distinctione, quā neq;
nos addere debemus: immō sig-
nificat posse contingere casum
in Festis maioribus Domini, & in
his cōceduntur duæ Missæ. Quod
si vnam tantū velint celebra-
re ij, qui ad Missam tenentur can-
tandam ratione Chori, eam non
debent

debet omittere, quæ Officio correspondet; in qua fieri commemoratio de festo transferendo. *Gau-*
nant. d.p. i. iii. 6.

14. Si festum translatum admittat in Missa Symbolum, poterit etiam illud dici in hac Missa, in fine vero predictarum duas ruris Missarum, Euangelium dicitur S. Ioann. non aliud Feriae, vel festi occurrentis. *Idem ibidem.*

15. Prædictæ duæ Missæ e a ratione cantandæ erunt, ut altera de die post horam conuentientem altera de Festo (cū nullam habeat cum Officio connexionem) post Nonam. Si hoc accidat in Temporibus Petec. ambæ quidem post Nonam, sed illa prius de die,

quæ

Regula sedis

Quæ cum Officio concordat, posse ad festo ad cuius Missam populus eò libenterius, quò tardius, conuenire solet. Et licet in hoc casu nulla hora sit media inter utramque Missam, tamē est casus unicus, & priuilegiatus ob cōcursum populi. *Idem ibid.*

16 In Missis priuatis poterit cōmemoratio fieri de festo; quia cūm fiat in gratiam concurrens populi, qui non potest adesse totus Missæ solemni, in priuatis Missis libenter audiet de trāslato festo commemorationem, eaquie regulariter fiet secundo loco. *Ibidem.*

17 Abstinerem à commemoratione hac, & multò magis ex i Missa

Missa , quando festum eiusmodi occurrat in ipsomet Paschatis, vel Pentecostes die ; à quorum mysterijs minimè quidē est aliò distrahendus populus. / bide.

18 *In Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis quando in Ferijs Aduent. Quadrag. Quatuor Temp. & Rogation. necnon & in Vigilijs Festum illis temporibus occurrit , dicuntur duas Missas, una de Feste , alia de Feria , Rogationibus, & Vigilia , absque ulla virorumque commemoratione. Quod si praeterea facienda sit commemoratione Festi simplicis , vel de die infra Octau. hæc commemoratione facienda erit in Missa de Feste, ut habes in Missali die 28. Junij. 17. & 20. Septemb.

Gaudens,

Regula selecta

Gauant. ibid. tit. 7. n. 2. lit. H.

19 In Missa Votiva debet de Officio semper fieri cōmemoratio. Tertia verō oratio erit ea quæ alijs secūdo loco diceretur
tit. 7. n. 3 lit. I.

20 Quæcumque Orationes, quæ ab Ecclesia certum habent locū, præcedere debent talijs Orationibus. Votivæ igitur, quæ ad arbitrium Sacerdotis dicuntur, posteriorēm occupant locū, & sicut Votiva, v.g. *da Spiritus sancto*, cedit commemoratiōni festi simplicis, ita cedere debet Orationi *A cunctis*, vel alijs, quæ secundo, vel tertio loco iubentur dicuntur autem paribus, attēditus dignitas eorum, de quibus est Oratione.

ratio. Ita Burchard. Videtur du-
rū aliquibus, sed rationabile est,
legem communem præponi arbi-
trio, hoc est, legi priuatæ quam
facit sibi Sacerdos in Orationi-
bus votivis, quæ non concordat
cū Officio. Ibidē n. 5. lit. X.

21 Prima, & secunda oratio
quandoque sub vna conclusione
dicuntur, vt vnicā videatur oratio
in Missa celebri, quod præsertim
iubetur fieri in collatione Ordi-
num, consecratione Episcopo-
rum, Virginum, Ecclesiarum, &
Altarium, benedictione Abbatū,
Abbatissarum, & cœmiterij, Re-
gumque, & Reginarum* Coro-
natione: atque in his tantum ca-
sibus vñiri duas orationes sub v-

Regula selectæ

no, Per Dominum, docet Burcb.
in Ord. celebrandi Missam. Item orationes illæ, quæ post Missam votivam de Trinitate habentur pro gratiarum actione, sub eadem conclusione cum prima poterunt recitare; non in Missis priuatis, sed in ijs, quæ soleniter dicuntur pro re gravi, & hic est usus Capellæ Papalis, ut de duabus fiat una ad solenitatē. Idem ibid. n. 7. lit. N.

22 Quando una oratio eadem est cum alia ibidem dicenda, prima manet, altera mutatur, eo modo, quo prescribitur clare in Dominica Septuagesima, quando venit ante festum Purificationis beatæ Mariæ Virginis, cuius Secreta eadem est

cum

cum Secreta prædictæ Dominicae, & illa mutatur, quæ secundo loco ponitur. Hic etiam accidit casus in festo Quadraginta Martyrum occurrente in Feria quinta Cinerum : item in Festo sancti Martini Episcopi, in Dominica 22. post Pentecosten; vel cū præcipitur Oratio, *Deus refugium*. In his quoque casibus poterit sumi oratio Secreta Feriæ sextæ Cinerum, vel Dominicæ 23. velea quæ proximè sequitur pro quacumque tribulatione, respectiuè ad casus prædictos; ut eadem sit regula in favorem Orationis primæ, quæ non debet mutari. Idem ibid. n. 8. lit. Q.

23 In Votivis beatæ Mariæ
F 2 quæ

Regula selecta

quæ dicuntur in omni Sabbato,
etiam Aduentus, quatuor Temporum,
Vigiliarum, seu festi semiduplicis (non in alijs diebus
extra Sabbathum) dicitur tantum
Hymnus Angelicus, siue concordet,
siue discordet Missa ab Officio.
In reliquis diebus, & votiuis
Missis eiusdem, dicitur tantum
Præfatio propria eiusdem B. V.
Idem tit. 8. num. 4. lit. Z.

f. 24 In Vigiliarum Missis, quæ
veniunt infra Octa. licet in Of-
ficio dictum sit Te Deum, non
dicitur Gloria in excelsis, quia haec
Missæ non concordant cum Of-
ficio, & habetur hic ritus in Mis-
sali in Vigilia Apostolorum Pe-
tri, & Pauli, & Assumptionis B.
V.

V. Continet enim Hymnus, Cœlestem gloriam, ex S. Thom. 3. p. quæst. 83. ar. 4. quæ cum Vigilia non consonat. Idē ibid. lit. G.

25. Sicut in Officio festi semiduplicis fiunt commemorationes de beata Virgine, sanctis Apostolis S. Patrone, seu Titulari, & de Pace: ita in Missa dicitur secunda oratio *A cunctis*, in qua supradicta memorantur. Nam littera N. nomen exigit Patroni, seu Titularis Ecclesiæ, ubi celebratur. *Idem titul. 9. num. 2.*

26. *In tertia oratione ad libitū, cauere debet Sacerdos pro sua modestia, ne coram Prælato suo dicat orationem, quæ habet titulum pro se ipso Sacerdote.

Regulæ selectæ

Ita Gauant. ibid. poterit tamē co-
ram Principe suo; nā ibi ex om-
nibus dignitatibus sacerdotiis.

27 Si tempore Passionis can-
tandæ sunt duæ Missæ, de Festo,
& de Feria; in Festo semiduplici
secunda erit Ecclesiæ, vel pro Pa-
pa. Neque dicetur tertia Oratio;
ita Romæ fit, & minuitur nume-
rus Orationum in Missa, sicut &
suffragiorū in Officio. *Ibid. n. 5.*

28 *Si in Dominica priuile-
giata acciderit fieri tantum Cō-
memorationē de die Octaua, quæ
nō transferruntur: tunc in Missa, se-
cunda Oratio erit de Octaua: ne-
q; tertia dicitur, quia dies est O-
ctaua, & nobilior, quam Domini-
ca infra Octauā, in qua duæ tātū
dicuntur.

Dicuntur. Gauant. ibid. n. 10.

29 Oratio de Spiritu sancto
conuenit Missæ beatæ Virginis, &
semper dicitur, quia est Rubrica
generalis, etiam tempore Aduen-
tus, Passionis, & Paschali, in qui-
bus assignatur in alijs Missis O-
ratio, Ecclesiæ, vel pro Papa. Ibi-
dem num. 15.

30 In Missis Votivis de Apo-
stolis non dicitur Oratio, *A cun-*
ditis, ne fiat noua mensio Aposto-
lorum Petri, & Pauli, nam de his
Apostolis tantum Rubrica loqui-
tur; ne vero pereat deinde me-
moria beatæ Virginis, quæ habe-
tur in omissa oratione, *A cunctis*,
dicitur eius loco, *Concede de S.*
Maria. In alijs autem temporibus

Regule vel Ele

quando nō dicitur *A cunctis*, nulla accidit mutatio. 71. ibid. l.c. H.

31 In Missa votiva de Patro-
no, seu Titulari, qui nominatur
in lit. N. in oratione *A cunctis*, nō
debet fieri similis mutatio ora-
tionum, sicut in Missa votiva de
Apostolis Petri, & Pauli, satis né-
pe est in eo casu, vel tacere in o-
ratione *A cunctis*, nomine Patro-
ni, seu Titularis, ne de eodem bis-
fiat mensio in Collectis, vel no-
minare vice illius alium pro de-
votione celebrantis. ibid.

32 Ritus dicendi quatuor ora-
tiones in Dominicis, & Ferijs
Quadragesi. prima de Fer. secun-
da de Vigilia, vel Festo simplici,
tertia *A cunctis*, quarta Omnipotens
non satis placet: vel adde quinc

tam, vel deme quartam. Gauant.
ibidem num. 12. & 16. lit. i.

33 Symbolum dicitur in omnibus festis, quæ infra Oct. alicuius Patroni loci, seu Tituli Ecclesiæ occurruunt, licet de Octa. nulla fiat commemoratione in predicationis festis. Idem titul. 11. lit. D.

34. *In Translatione SS. non dicerem Symbolum, nisi sit Officium duplex, quod Translationi principalis tantum Patroni concedere solet sacra Rituum Congreg. Idem ibidem lit. H.

34. Si Vigilia Nativitatis Domini, & Epiphaniæ venerint in Dominica, tunc dicendum erit Symbolum in Missa, ratione Dominicæ, sicuti dicitur in festis san-

Regule selectæ

ctor. Ioannis Baptiste, & sancti Laurentij, quando veniunt in Dominicis; qui casus fuit omissus in Missali. *Ibid. lit. M.*

J. 36 In Vigilijs, quæ veniunt infra Octauas, & habent Symbolum, non tamen dicitur Symbolum, sicuti neque Hymnus Angelicus: quod habetur in Missali, ex simili Rubrica, in Missa *Litanierum maiorum* in festo S. Marci. Eadem enim est ratio in his Ferijs maioribus: immò à fortiori, si non in Rogationibus; ergo nec in Vigilijs, quibus illæ præstant. *Ibidem lit. N.*

36 Festo sancti Ioannis Evangelistæ dicitur Præfatio de Nativitate ex antiquo usu Capellæ Papæ;

Papalis, licet habeat Præfationē propriam; quia maioris est dignitatis, & itē * Translationē sancti Iacobi: dici quoque Octauæ S. Stephani, quæ est infra Octau. S. Ioannis, in qua dicitur etiam Præfatio de Natiuitate in gratiam eiusdem Natiuitatis. *Gauant. com.*
I.p. I. titul. I2. n 2. lit. C. & part. 4. tit. 3. num. 8.

37 Missæ votiuæ, quamuis habent Præfationem propriam, si infra Octau. Natiuit. Domini celebratur, non aliam Præfationē admittunt, nisi de Natiuitate, sicut & festum S. Ioannis Apostoli, argumento à fortiori. *Ibidem*
num. 4. lit. D.

38 Requiescant in pace dicitur semper

Regula selecta

semper in fine Missæ in plurali
numero , licet pro uno dicatur
Missa. *Idem p. i. tit. 13. n. r. l. t. O.*

39 Post Missam solemnem
tardiūs cātata m in festis, vel post
concionem longiorem; celebra-
ri potest post meridiem. *Idem ibi-
dem tit. 15. num. 1. l. t. Y.*

40 Priuilegiati, ut hora ante,
vel post celebrare queant, pote-
runt hora ante, vel post statim
horam , à Summis regulariter
concessam celebrare ; alias non
esse priuilegium. *Ibidem.*

41 * Missa solemnis semper
dicitur post aliquam Horam, etiā
in nocte Natiuitatis Domini, ut
Horæ Canonice sint quasi quæ-
dam ad Missam præparatio. *Ibi-
dem num. 2.*

42 Mis-

42 Missa Parochialis sine cā-
tu est priuata , non Conuentua-
lis, licet ad eam conueniat popu-
lus, seu loci Clerus : quo posito,
multa facile definire poteris cir-
ca Rubricas Missalis. *Ibidē.*

43 *Missæ Cōuentuales sem
per dici debent post Horas in
Missali assignatas , nisi aliter ex
dispensatione Apostolica dispo-
natur post Concilium Tridenti-
num, quod prohibet, ne alijs ho-
ris, quam debit is, Missæ celebren-
tur, *ses. 22.* sublati quibuscumq;
priuilegijs , vt declarauit sacra
Congregatio, super Concil. *Ia*
Gauant. *ibid. n. 4. l. 1. F.*

44 Canon præsertim sine cul-
pa graui non potest altè rotus
legi.

Regula selecta

Iegi. Ita Dæctores communiter.
Ibid. tit. 16. num. 1. lit. G.

45 Memento Domine famulorum, &c. & verba consecrationis secretò dicuntur. Ibid num. 2.

46 Sacerdotes, & cæteri omnes ad Euangeliū flare debet, ut promptiores se ostendant, ad credendum, & obediendum Euangeliō. ibid. tit. 17. n. 2 lit. I.

47 In Missa priuata ipsemet Sacerdos dicit: *Fle et amus genua,* & genuflectens, exemplo suo docere debet alios. In solemnī sufficit, ut Diaconus invitans populum, idem faciat. ibid. n. 3. lit. L.

47 Sacerdos quia in Missa priuata debet commode posse legere versum *Adiuua nos in libro,* ideo

ideò sufficit, ut genuflectat ad prima verba: in solemni eacantat chorus, neque Celebrans est in alijs tunc occupatus. Genuflectit autem Celebrans vitroque genu in medio Altaris, post lectū à se Euangeliū. *Ibid. lit. M.*

48 Celebrans si sedeat cum cantantur ea verba, Et incarnatus est: caput tantum profundè inclinat, quia iam genuflexit, quando submissa voce cum ministris ad Altare Symbolum recitauit; caput autem inclinat apertum. Idē præstare debent ministri, qui cū Celebrante sedet. *Ibid. lit. O.*

46 Si non sedet, genuflectit, scilicet in superioris Altaris gradu. Neque vero stare conuenit

Regula selectæ

ad verba tantæ Fili; Dei humili-
tatis : sedere potius conuenit ,
quam stare ; quia sedendo , addita
capitis profusa inclinatione cō-
trahitur , & minoratur homo.
Ibidem, lit. P.

+ 50 *Subdiaconus , & Acoly-
ti ad Euangeliū cantandum
se gerunt , ac si ille marmoreum
esset legile , & Acolyti marmo-
rea candelabra : neque Textus
Euangelicus demitti debet , ne-
que lumen illius , ut ita dicam , hu-
miliati . *Cærem Ep: sc. l. b. t. c. 10. &*
seq. Gauant. ibid. n. 4 lit. Q.

+ 51 Ad Cōfessionem cantores
si tūc cantant Introitum , nō ge-
nuslectunt , quia stare debent ad
Lectorile. *Ibidē nn. 5. lit. F.*

52. Celebrans in Missa priua-
ta iuxta usum communissimum
ab initio ad finem usque, unico-
tantum genu debet genuflecte-
re, ut facilis surgat. In Missa
verò solemnia ad ea omnia, quæ
sunt communia privatæ Missæ.
Duobus autem genuflectere de-
bet in Missa solemnia ad prædi-
cta, quæ à Choro cantantur; & re-
gulariter, quando cum aliqua mo-
rula in prædictis est genuflecten-
dum, & quasi oradū. *Ibidem.*

53. Ministri intra Missam ea-
dem seruare debent, quæ facit ce-
lebrans, ut expeditius illi minif-
trent. Ad *Fletamus* ambobus ge-
nuflectant. *Ibidem.*

54. Subdiaconus Patenam te-
nens

mens non tenetur genuflectere
scoties, quoties Celebras, quia no
illi tunc ministrat, ut Diaconus,
qui est illi a latere proprius mini
ster. Seper autem genuflectit cum
eo eidem vicinus. *ibid. n. 5. l. 2.*

55 Alij de clero a consecra
tione usque ad communionem
duo genua flectere debent, cum
transeunt ante Altare: & ita quan
do patet Sacramentum in Alta
ri, quod etiam faciunt Cardina
les in Capella Papae. Duo quoque
ad *Fletamus genua*, ad Confessio
nem, Orationes iejuniorum, Ver
sus, &c. quando cum aliqua mora
prescribitur genuflexio ratione
catus, vel actionis logioris. *ibid.*

56 Celebrans, & ministri se
per

per sedent cooperto capite, nisi
coram Sacramento in Altari ex-
posito. Latus Epistolæ congruit,
a qua parte est credentia, & ut ce-
dat latus Euangeli Episcopo se-
denti, si adsit. *Ibid. n. 6.*

57 Acolyti nequaquam se-
deant ad Epistolam; & quando se-
dent vnâ cum celebrante, sedeat
super Altaris gradu in cornu E-
pistolæ facie versa ad celebra-
tē, nō ad populum. *Ibid. n. 5. lit. A.*

58 Incensum adoletur stan-
ti: *Carem. Episcop. lib. 1. cap. 23.* &
hic simul aduertere, quod dum O-
blata incensantur, adhuc in cho-
ro sedent. *Carem. Episcop. ibid. Ga-*
uant. d. tit. 17. n. 7. lit. B.

59 *Vellent aliqui ramē quod

Regula selecta

Clerus staret ad incensationem
Crucis, sicut stat ad incensationē
Episcopi. Sed Episcopo stante,
stat etiā Chorus; & hæc est pro-
pria causa, non autem incensa-
tio eiusdem. Vnde, quia Papa se-
det, dum incensatur, non assur-
gunt Cardinales, nisi Papa incen-
satio. *Ibidem.*

60 *Ad Antiphonam, quæ
dicitur Communio, omnes in
Choro sedent. Non enim ut aliás
cantatur hæc Antiphona, dum
populus communicatur; quo ca-
su ob reuerentiam sanctissimo
Sacramento exhibendā, stādum
esset; sed cantatur post Commu-
nionem Sacerdotis, dum ablutio
sumit, quando neque ratio est
genus.

genusflectendi, neque standi. Ergo sedeant; quamquam monet adhuc Cærem. Episcop. libr. 2. cap. 8. Ut Communio canetur immedia-
tè, post Agnus Dei. Quod si acci-
dat fieri, facta Communione ce-
lebrantis, & aliorum, eo casu see-
detur. Idem ibidem lit. C.

61 Clerus stare debet ad In-
troitum, & ad orationem vel o-
rationes (exceptis diebus ieunio-
rum, & Missis de Requiem, qui-
bus genuflectimus) item ad Euā-
gelium, & ad Præfationē in qua
stamus, ut sursum cōrda, & cōr-
pora simul habeamus; nec genu-
flectimus, nisi initio sacri Cano-
nis. Item statim deposito Cali-
ce, standū erit in fessis, usque

Regula selecta

ad Antiphonam, quæ dicitur Cō-
munio, ad quam sedetur; nam in
diebus ieiuniorum genuflectere
debemus ab initio Canonis vi-
que ad *Pax Domini*. Itē ad Ora-
tionem post Communionem,
quæ rationis eiusdem est cū pri-
ma ante Epistolam. Standum
præterea erit usque ad finem Mis-
se, quia neque sedere, neq; genu-
flectere iubentur. *Ibid. In. D.*

62 * Denique à laicis etiam
prædictæ Regulæ servari possunt
in Missa solemni, *ibidem*.

63 * In Missis Votivis eadem
ratio coloris militat, quæ in Fe-
stis, quia sequitur naturam prin-
cipalis Festi id, quod est votuum:
& hoc multo magis verum est
in

in Festis Translationum, Appa-
ritionum, & similium Festorum.
ibid. tit. 18. n. 2. lit. C.

64 Ad Missam de Cruce co-
lor rubeus, ut sequatur qualitatē
festi principalis, in quo effusio san-
guinis Christi repræsentatur. Ad
Missam verò de Passione viola-
ceus, ut respondeat Dominicę de
Passione, cū qua participat in ti-
tulo, & Sacramēto mortis Chri-
sti. *ibid. tit. 18. n. 15. lit. B.*

65 Mutatio colorum in para-
mentis Altaris, & ministeriorū de-
bet fieri in primis Vesperis festi.
Si autē Vespere non sint integre
is color adhibendus est in initio
Vesperarū, qui cōgruit illi, de quo
dicitur Capitulū. *ibid. n. 6.*

Regula fel. Etia

66 Si Officium, & Missa dis-
cordant, color Altaris sequatur
Officium: vestium autem Sacer-
dotis sit color Missæ conformis.
Quæ diuersitas accidere solet in
Feria tertia Rogationum, & in
Vigilijs infra Octauas. *Ibidē.*

67 Pro Missa quacumq; so-
lemni conuenit, ut pallium etiam
Altaris concordet cum colore
paramentorum Missæ: quod ad-
notauit rectè Pet. Ruiz in suo Cœ-
rem. *Gauant. ibid.*

68 Manipulus non adhibe-
tur cum Pluniali. *Ibid. tit. 16. num.
4. ln. 1.*

69 Super Altare nihil omni-
no ponatur, quod ad Missæ sacri-
ficium, vel ipsius Altaris ornamē-
tum

70 *tū non pertineat. Rubrica Miss. de Præparat. Altar. Non birretum Sacerdotis, siue in principio, siue in fine Missæ, quod valde indecens est; neque sudariolum ad emungendas nares, quod potius sub Planeta, vel à Cingulo pendens ad dexteram portandum erit; quæ omnia ad sacrificium nō spectant, neque ad ornatum Altaris. Ibid. tit. 20. lit. F.*

P A R S S E C U N D A.

70 **C**rucis vel imagini illi, quæ in Sacristia erit, reverentia fit capite cooperito, & profunde inclinato, p. 2. tit. 2. lit. A.

71 *Sacerdos si transeat ante* **G** 5 **A**l-

Regula sel. Etæ

Altare, in quo sit expofita folem
niter reliquia insignis Sancti, de
quo sit festum: ibidem conuenit,
ut aperium caput inclinet illi
profundè, in alijs reliquiarum ex
positorum catibus, habeatur ra
tio Altaris tantùm. *ibid. lit. E.*

S 72 Sacerdos accedens ad Al
tare, si in maiori expositiūm sit
sanctissimam Sacramētum, vel
si aduertat in Altaribus minori
bus adhuc esse post consecratio
nem Sacramentum, vnicō genu
tantūm illud adoret: sed in eleua
tione Hostiæ usque ad Calicis
depositionem duobus genibus sit
adoratio. *ibidem.*

S 73 Sacerdos collocato Calice
in

in Altari, antequam accedat ad librum aperiendum, cum capitis inclinatione faciat Crucis reuerentiam; quod in sequentibus obseruare debet, & sit semper profunda. *ibidem nn.4. lit. R.*

74 Missale apertum super Altare per Caeremoniariū, aut Sacristam ponidebet in Missa solemni, antequam Celebrās incipiat Confessionem, si minus illud antequā veniat ad Altare, collatum fuerit; quia etiam in Missa priuata aperitur Missale ante Confessionē. *ibid.n.5. lit. V.*

75 *Credētia erit breuis, de missa, simplex à latere Epistolæ, fine Cruce, vel imaginibus, coeperta linteo usque ad terram,

Regula selecta

vndequaque pendente. Ceremo-
nial. Episcop. libr. 2. cap. 12. idem par-
te 2. tit. 2. num. 5. lit. Y.

76 *Acolyti collocant Can-
delabra super Credentia ante
Confessionem. (ceremon. Episcop.
libr. 2. capit. 8. & collocantur ac-
cesæ in cornibus mensæ anterio-
ribus, ad diffentiam Candelabro-
rum, quæ collocantur in Altari,
& ut usui præsto sint Acolyti.
Idem ibidem, lit. A. secunda.

77 Antequam exeant è Sacri-
stia, celebrans imponat, capite a-
perto, incensum in Thuribulum,
ministrante Diacono nauiculam
& Thuriferario Thuribulum, cū
benedictione, & osculis, eo modo
profus, qui describitur in Rubri-
ca

ca Missalis de Introitu, &c. Ibidem
litera Z.

78 Thuriferarius præcedit ante omnes, sicut in sacris processionibus. *ibidem*,

79 Diaconus, & Subdiaconus procedunt, capite cooperito, unus. post alium: pares autem cum celebrante, si hic Pluviali sit induitus pro aspersione aquæ benedictæ. Cœrem. Episc. lib. 2. cap. 30. & 31. Gauant. *ibidem*.

80 Ministri omnes, etiā Crucis, quæ in Altari est, genuflectunt in tota Missa, ut in Rubrica de Introitu expressè habetur. Simile quid habes in Absolutione post Missam defunctorum, in qua Diaconus genuflectit Crucis quæ portat.

Regula selecta

portat Subdiaconus; ergo genu-
flectunt Cruci inferiores minis-
tri ad differentiam celebrantis.
ibidem li. c.

81 Si in processionibus con-
tingat transire ante Altare san-
ctis. Sacramenti, fiat ut supra in
Missa priuata; sed celebrans sem-
per deregat caput, quia non ge-
stat Calicem, & genuflectat me-
dius inter ministros; qui & eadē
cum eo præstare debent. *ibid.*

82 *Si celebratur us sit coram
Episcopo in eius residentia, vel
loco iurisdictionis stans in insi-
mo gradu à cornu Euangelii an-
te ipsum Episcopum exspectat:
dato signo, facit profundam re-
uerentiam Prælato, & versus ad
Altare

Altare incipit Missam. Cui datur hic honor in Ecclesijs etiam Regularium, & exemplis intra suas Diœceses, in quibus vsum habet Rocchetti nudi, & Mozettæ, quæ sunt plenariæ iurisdi-
ctionis indicia. Gauant. ibid. tit. 3.
num. 2. lit. M.

83 Expedit Missas priuatas facere procul ab Altari, ubi Mis-
sa fit solemnis: vel omittere pul-
sionem campanulae ad eleuatio-
nem iudicio prudentis Sacristæ.
Ibidem tit. 3. num. 4. *l. P.*

84 Rubricæ Missalis de In-
troitu, & de Offertorio non sunt
seruādæ in Missis votiuis de Cru-
ce, & Passione, tēpore Passionis:
tū quia hæ votiuae sūt, hoc est, nō
con-

Regula selecte

concordant cum Officio de tempore; tum quia etiam in colore paramentorum à tempore Passionis discordat. *Missa de Cruce.*
Ibidem n. 6. lit. V.

95. *Ministri ad Indulgentiā, signū quoque Crucis sibi adhibeant unde cum celebrante; quod etiam in tota Missa obseruent, excepto Subdiacono, dum Patenam tenet n. I.*

96. *Vbi nō sunt reliquiae Sanctorum, ex dispensatione Apostolica, in Altari; omitti debent verba. Quorum reliquia hic sunt: etoque casū osculum Altaris fieri debet ad ea indulgere digneris. Hieron. Cantonus in Ordinar. diuin. Offic. Gauant. tit. 4. n. 1. lit. D.*

97. *Cum Sacerdos in Introit.*

tu Missæ dicit *Gloria Patri*, satis
est conuertere caput ad Crucem,
non personam; quod in sequen-
tibus nota in Missa, n. 2. lit. A.

88 Quando Celebrans, facta
Confessione, ascendit ad Altare
cum ministris; Diaconus sinistra
manu, Subdiaconus dextera Ali-
bam, & vesciem anteriorem Cele-
brantis paululum eleuant, dum
ille ascendit, idem ibid. n. 4. lit. Q.

89 Ministri quando asce-
dunt ad Altare in principio Mi-
ssæ, non osculantur, neque tan-
gant illud, sed suo quisque loco
genusflectit, & statim surgit; quod
semper obseruent: n. 4. lit. R.

90 Si cum incenso quicquam
aliud misceatur, maior quantitas

Regula selecta in

Temper esse debet incensi, ut dicitur in Cœrem. Episcop. lib. I. cap. 23
ut incensum dici queat. Ibid. lit. S.

88 Subdiaconus in benedictione incensi stat à sinistris Celebratis, lit. T.

89 Dum incensum ponit, manū sinistram pectori admoveat
Celebrans, & dexterā sumit ter
& immittit ter incensū in Thuri-
bulū de nauicula. Ibid. lit. T.

90 Cum benedicit Celebras
incensum, non addit, In nomine
Patris, &c. Ibidē. Si in Altari fue-
rint quenam reliquiae (nam insig-
nies requiruntur ad Officium tan-
tum duplex recitandum, & ad
Missam celebrandam cum Cre-
do) seu imagines Sanctorum,

id est

idem statua, incensata Cruce pri-
mum, incenset eas Celebrans: ta-
men ijsdem non inclinat caput,
ad differentiam Crucis, cui incli-
nare debet caratione, qua absti-
nemus à genuflexione. Ibidē nu-
mer. 5. lit. E.

91 Non prohibet præsen-
tia sanctissimi Sacramenti incen-
sare reliquias, seu imagines San-
ctorum, hoc ipsum, quod erga eos
seruos bonos honor, erga ipsum
Dominum commune benevol-
entia signum exhibetur. Fr. An-
dreas Guerrierus in suo Cæremon. tract.
2. Rub. 17. pag. 289. Gauant. ibidem nu-
mer. 5. litera F.

92 Si in Altari fuerit Tabernaculum sanctissimi Sacramenti,

Celebrans accepto Thuribulo;
antequam incipiat incensatio-
nem, genuflectit, ob præsentiam
sanctissimi Sacramenti, quamuis
lateat : & eo casu non inclinat
caput Crucis, quam incensat. A-
dorat igitur, quod latet, & patet;
Sacramentum, & Crucem; incen-
sat, quod manifeste patet, id est
Crucem, *ibid n.6 lit. F.*

93 *Si sedendum erit, para-
to scanno oblongo, & decenter
vestito à latere Epistolæ in piano
Capellæ, postquam Celebrans di-
xerit secrètò Hymnum Angeli-
cum, facta Crucis à Celebrante in-
clinatione, seu genuflexione, (si
in Altari fuerit Tabernaculum
sanctissimi Sacramenti) & à mi-
nistris

nistris semper genuflexione, descendunt unus post alium per breviorē viam à latere Epistolæ ad fidem paratam, in qua sedent cooperito capite; quodnamen appetiunt cum inclinatione ad verba notata Hymni, dum cantatur à Choro. In fine vero non se signant iussus signo Crucis, quæ omnia, & in Symbolo sunt obseruanda. *Gauat. tit. 4. n. 7. In N.*

94 *Reuersuri vero ad Altare, dimissis birretis, procedunt unus post alium per planum Capellæ, & facta in medio reverentia Altari, ascendunt quisque ad locum suum, uno remanente post alium. *Ibidem.*

95 *Si vero sedentibus non
H 3. sit,

Regule selecte in

fit, quod maximè decet coram
Sacramento in Altari exposito,
stabant apud Altare quasi pares
ex communioni vsl Romano,
à principio usque ad finem dicti
Hymni cantati à Choro, & in-
clinabunt, ut supra dictum est. Fi-
nitoque Hymno, facta à ministris
genuflexione ibidem, descendunt
ad gradus suos, ut unus stet post
alium. *Idem ibidem.*

5 96 Quando nominatur Papa
in Missa, semper caput inclinat
Celebrans, nō tamen versus Cru-
cem, tit. 5. n. 2.

6 97 Vbicunque nominatur
in Missa nomen beatæ Mariæ,
vel Sanctorum de quibus dicitur
Missa, vel fit commemoratione
(etiam

(etiam in Canone) caput inclinatur. Nec verò intelligas nomine commemorationis suffragia communia Sanctorum in Oratione. *A cunctis;* sed commemorationē tantum de Feste simplici Sanctorum, seu de Octaua. *Ibidem.*

98 Duo genua flecti vult *Alcozer in suo Cœrem tract. I. glos. 5. §.*
4. pag. 124. ex vi verborum *Flectamus genna.* Sed vim non faciunt;
 quia dum singuli genu, plura genua tunc flectunt, *n. i. lit. F.*

99 Ministri in quatuor Temporibus, & diebus Quadragesimalibus caput inclinant in Oratione, eodē modo, quo Celebrās & deceret, ut manus iunctas, *ijdem* tenerent. Neq; Diaconus

Regula selecta

in fine Orationis tenetur dicere submissa voce, *Amen*: quod quidam putauere. Satis enim est quod à Choro respōdeatur Sacerdoti. *ibidem n.6. lit. H.*

100. Dū signatur liber à Diacono, sinistra manus apponi potest eidem libro; & est usus communissimus; *ibid. n.6. lit. N.*

101. Finito Euangelio, minister defert librum sine vlla reverentia ad Prælatum; sed post quam ille fuerit osculatus, libro statim clauso, reverentiam illi debitam faciet. *Ibidem.*

102. Ille tantum; qui librum osculatur, dicere debet: *Per Euāgeha, &c.* Sunt enim verba osculantis propria, quæ ideo omisso osculo

osculo, omittuntur, ut in Missa
Defunctorum. *Ibid. l. n. R.*

103 Subdiaconus, Cæremo-
nario comite, vel uno Acolyto,
procedit ad cantandum Epistola-
m. Comitatur autem Subdia-
conum à sinistris eiusdē, quod &
aliás facit, genuflectens cum eo
vnico genu; quod semper fit, nisi
aliud in Rubricis præscribatur.

num. 5. lit. U.

104 Diaconus, nullo comite,
defert librum Euangeliorum ad
Altare. Comes enim datur mi-
nistris ad aliquid cantandum, aut
quando exequendū est è Presbyte-
rio. *num. 5. lit. E.*

105 Diaconus super primo
Altaris gradū altiori dicit: *Mun-*

Regula selecta in

da cor meum; in quo etiam, versus
Celebrantē stantē in latere Euā-
geliū, non omnino conuersus ad
eū petit benedictionē, n.s. lit. E.

106 Dum cantatur Euange-
liū, Thuriferarius & Cæremo-
niarius stabunt post Diaconum;
ad sinistram eiusdem Thurifera-
rius. Ord. Rom. Cæremoniarius ve-
rō ad dexterā. Ibid. lit. O.

107 Subdiaconus defert li-
brum apertum ad Sacerdotem
sine vlla reuerentia, tam Altari,
etiam in quo est Sacramentum,
quam Sacerdoti, ob reuerentiam
facri Euangelij; deinde clauso
libro, reuerentiam faciet utrique:
& deponet librum super creden-
tiam. Ibidem lit. P.

108 Aco

108 Acolyti, finito Euange-
lio, deponent candelabra sine
mora. Diaconus redit vacuus, sed
in plano medio ter incēsabit Ce-
lebrantē. *Ibid. lit. O.P. & Q.*

109 Si Celebrans concionari
velit, sedeat super scamno nudo
in cornu Euangelij capite tecto,
aut sine Casula in pulpito. n. 6.

110 Diaconus dicto: *Et incar-*
natus est, vadit ad credentiam, &
solus cum debitis reverentijs
portat bursam, sine comite, ex
Ceremon. Episcop. lib. 1. cap. 9. Per
Viam breviorē ad credentiam,
per longiotem ad Altare, Ce-
lebrans *versō*, & Subdiaconus,
si ad Altare sint, & non sedeant,
paululum secedat versus cornu
Euang-

Regula scholastica

Euangelij, ut Diacconi venienti
quasi medium Altaris totum re-
linquant, *num. 7. lit. R.*

111 Ad vers. *Gloria Patri P-*
salmi Lauabo, qui potest dici, cū
reditur, in medio Altaris, caput
inclinatur, *tit. 7. n. 6. lit. T.*

112 Neque illius loco dicen-
dus est vers. *Requiem*; quod ali-
qui scripsere, *Ibid.*

113 Orationes Secretas dicit
Sacerdos in medio versus librū,
hoc est, conuersus ad librum, nō
recedens à medio. Hinc pater,
aptandū esse librum prope Cor-
porale, vt commodius legatus;
non autem relinquendum eo lo-
co, in quo lectum est Euangeliū,
licet hac de se taceat Rubrica.
Ibid. n. 7. lit. B.

114 In

114 In Missa solemni dicto
Oremus, Diaconus, & Subdiaconi
tus accedunt ad Altare, facta
prius in locis suis post Celebran-
te genuflexione, *ibid. n 9. l. t. Q.*

115 Per breviorēm viam de-
ferrur Calix ad Altare: & mu-
nus Subdiaconi est ferre Calicē
in sinistra, quæ est vita præsens.
Item eiusdem est parare Calicē
Innocent. lib. 2. cap. 58. Qui tamen
Subdiaconum sequitur, non præ-
cedit, neque ab alio quā vno ex-
duobus Acolytis, *lit. M.*

116 Si adsint particulæ con-
secrandæ pro communione so-
lemni, desata pixide ad Altare
paulò ante Subdiaconum, à Cæ-
remoniario, seu Sacrista, eanti
Diaco-

Regula selectæ in

• Diaconus aperit, & collocat su-
per Corporale, antequam tradat
Patenā Celebranti, & eamdem
eleuat parumper, ex Cæremon. E-
piscop. lib. 2. cap. 29. dum Celebrans
Hostiam offeret; qua deposita,
& ipse deponit pixidem, coope-
rit, & collocat in medio Corpo-
ralis inter locum Calicis, & tabel
Iam Secretarum, si commodè fie-
ri potest. Gauant. p. 2. tit. 2. n. 3. tit. 7.
n. 3. lit. Y. & n. 9. lit. N.

¶ 117 Verbum Offerimus conue-
nit duobus saltem, & ideo Dia-
conus idem dicit cum Celebran-
te tangens & ipse Calicem, ne-
que Sacerdotibus licet de men-
sa Domini tollere Calicem, nisi
eis tradatur à Diacono. Sid. lib. 2. de
Eccl.

Eccles. Offic. c. 8. Gauat. Ibid. l. i. Q.

118 Sacerdos dicens *Per in-*
tercessionē, ter imponit incēsum,
 & semel illud benedicit in Thuri-
 bulo, ita ut ad verbum *Benedice-*
re, manu dextera producat sig-
 num Crucis super Thuribulum
 fumiigans, *num. 10. l. i. v.*

119 Diaconus amouet Cali-
 cem non extra Corporale, si ca-
 pax est. Subdiaconus autem in
 tota hac incēsatione nihil semo-
 uer. Thuriferarius, deposita naui-
 cula super credentiā, amouet de
 Altari, & reportat librū, quādo o-
 pus est, nisi adsit assistēs. *Ibi. l. i. B.*

120 Celebrans, nullo maio-
 re presente, cui triplex ductus
Thuribuli debeatur, triplici du-
ctu

Regula selecta

et uincensandus erit; eo praesente; duplice tantum ductu; Diaconus, Subdiaconus, & alij parati, duplice ductu; Sacerdotes in choro, unico ductu, exteri sine mora. Inclinabit caput, qui incensat, ante & post, ijsdem usque ad Sacerdotes inclusuè, nisi ita multis sint, ut incensatio finiri non possit ante finem Praefationis. Diaconus incensabit omnes de clero exceptis Acolytis, quos stantes apud credentiā incensabit Thuriferarius. *Ibid. lit. C.*

121 * Ad Offertoriū in Missis priuatis velū Calicis plicatur à ministro, & deponitur prope tabellam Secretarum ab eadem parte Altaris, ubi Calix; ne super Cor-

Corporale, aut extra illud remaneat non plicatum; quod cum neque à Sacerdote plicari conuenire videatur, plicetur à ministro & est ritus laudabilior. Idem, explicato manutergio, in eadē parte collocabit, ibidem peluiculam cum vrceolis. *Gauant. ibid. lit. 7. num. 2. litera T.*

122 * Minister teneat ampullæ partem inferiorem, ita ut Sacerdos eam possit per aurem, seu manubriolum capere: recipiat ite eamdem manu sinistra, ut alteram statim minister am pullam manu dextera. Offerat autem ambas cum osculis eârum non manus Sacerdotis, & cum debita reverentia, saltem inclinat.

Regula selecta in
nando caput , nisi Sacerdos de
maioribus exigat genuflexionē.
Sed & Sacerdos ipse proprius ad-
moueat Calicē ampullis , ita ut
neq; gutta cadere queat super Al-
taris mappā. Idē ibid. n. 4 lit. C.

123 Ad Orare fratres Subdia-
conus respondeat: Suscipiat , &c.
ibid. lit. E.

124 Ad dicendum *Sanctus*
cum Celebrante accedunt ad Al-
tare ministri , facta in locis suis
post Celebratē genuflexione;
quam rursus faciunt dicto ab eis-
dem ultimo *Hosanna in excelsis*.
Addita fuit sequens Rubrica in
Missali Romæ edito 1621. sine
maiorum auctoritate; nimisrum,
Si Subdiaconus non tenet patenam , cū
Diacō-

Diacono accedit ad Altare, ubi dicunt,
Sanctus, &c. quod monuisse sit sa-
ti, n. 11. lit. F.

125 Benedictus qui venit, &c. non
cantatur à Choro, nisi post depo-
sitionem Calicis, Cæremon. Episcop.
lib. 2. cap. 8. etiam in Missis Defun-
ctorum; quod observatur in Ca-
pella Papali. n. 11. lit. G.

126 Assistens non tenet manus iunctas, sed folia Missalis ver-
tit, & indicat, quæ sunt dicenda
à Celebrante. Ibid. lit. H.

127 Caput inclinatur etiam
in Canone ad nomen Papæ. Ea-
dem enim est ratio, qua supra di-
ctum est, in Collecta, ad nomen
eiusdem: de quo dubitauere non-
nulli. Alcoz tractat. 2. gloss. 5. §. 2. pag.

Regula selecta

123. sed in Rubrica de Oratione
non adest limitationis particula,
tantum tit. 8. n 2 lit. M.

128 Ad Memento, Celebrans
stat demisso aliquantulum capi-
ze; non ergo oculis elevatis ver-
sus Crucem, ut multi faciunt, nec
ijsdem clavis, nisi forte ad ma-
jorem animi compositionem,
mer. lit. O.

129 Cum Sacerdos dicit, Be-
nedictam, &c. Cruces frant conti-
nenter, non interrupere; tres &c
postea post breuem moram, ali-
duæ, dispensando verba apposi-
tæ, num. 4. *la. X.*

130 Si paxidem collocauerit
Sacerdos post Calicem, retrahet
eam ante consecrationem ad la-

tus ipsius Calicis versus cornu Epistolæ, ut super ipsas quoq; particulis propriis verba proferat consecrationis: quæ proferre debet stans quidem, & inclinato capite, sed retentis æqualiter pedibus in suppedaneo Altaris; non dextero ultra sinistrum reverentia causa quasi deflexo. num. 5.

littera B.

131 Minister pulsat campanulam ter ad unamquamque elevationem, idest, cum Sacerdos adorat, cum eleuat, & cum reponit Hostiam, seu Calicem: & hic ritus sicuti est prior in Rubrica, ita decentior est posteriori, quo continuatè campanula pulsatur. Ternario nāque numero gaudet Deus. n. 6. lit. I.

132 Qui

Regula selecta in

132 Quidam deponunt Ca-
licem, in consecratione, ut ma-
nus iungant, & benedicant; sed
non bene; non enim deserendus
est Calix ab eiusdem acceptio-
ne, sicuti nec deseritur Hostia ad
illud verbum Benedixit, donec fiat
consecratio, nn. 7. lit. L.

133 In elevacione Calicis Sa-
cerdos sinistra pedem, dextera
nodum tenet. Qui ritus frequen-
tior est tenendi Calicis. Putant
aliqui illud, ut prius, Rubricæ
Missalis, referri ad ea, Ambabus
manibus, iuxta nodum, sed minus re-
ctè. Ibidem lit. O. q. f. in modum

134 Cum Celebrans dicit:
Quam oblationem, &c. Diaconus
accedit ad eius dexteram facta
prius

Prius nimirum genuflexione, ubi
est, Altari. Si adest pixis cum pa-
ticularis consecrandis, ipse eam
detegit, & collocat prope Ho-
stiam ante consecrationem; &
deposita Hostia, post eleuationem,
& facta cum Celebrante genufle-
xione, pixide operit, & collocat
in pristino loco, *nun. 8. lit. Q.*

135 Chorus genuflectit ini-
tio Canonis. *Cærement. Episcop. lib.*
2. cap. 8. & surgit post depositio-
nem Calicis, ex Rubrica Missa-
lis de Canone, & tunc dicit: Be-
nedictus qui venit, &c. *Cærem Episc.*
dicit. c. 8. stant autem omnes versus
Altare, in locis suis. *Ibid lit. T.*

136 Sacerdos facto Me-
mento, stans ut prius, extensis-

Regula selectæ

manibus prosequitur: *Ipsis Domi-*
ne, &c. Et in fine ad *Per eumdem*
iungit manus, & caput inclinat.
Cur hoc loco, non alibi, ad Per
Christum Dominum nostrum, caput
inclinatur: puto, quia Sacerdos
dicitur est statim: Nobis quoque
peccatoribus; quæ sunt verba ma-
ximæ humilitatis. *sit. 9. n. 2. lit. D.*

+ 137 Dum Sacerdos dicit: *Per*
ipsum, & cum ipso, &c. & fiunt Cru-
ces, Diaconus retineat duobus
digitis dexteræ manus pedē Ca-
licis. *Cærem. Epis. lib. 1. c. 9.* & ha-
bet mysterium. *Ibid. n. 4. lu. M.*

+ 138 Cum Sacerdos incipit *Pa-*
ter noster, facta genuflexione, Dia-
conus vadit post Celebrantem.
*Ibid. ** Et dat ei Patenam, illius

manū tantū osculando ob præ-
sentiā sanctissimi Sacramenti. Osculū
enim manus, habet mysteriū.

139 * Qui dat pacem, nemini
inclinat, cui dat pacem, nisi post-
quam dederit. Qui accipit, incli-
nat caput danti, antē, & postquā
acceperit. Ex Cœremon. Episc. lib. I.
c. 24. idem ibid. n. 8. l. t. Y.

140 Sicut ad Oremus, caput Ce
lebrans inclinat, ita erigit illud
statim ad Praeceptis salutaribus,
Ec. ibidem.

141 Dicto Pater noster, Sacer-
dos secretò subdit, Amen; dici-
tur autem secretò, ad significan-
dum, quod nos latet, an exaudia-
mūr in oratione Dominica da-
ta nobis à Christo, & Deus hoc

Regula selecta in
vult latere, ne torpeamus ; titul.
10. litera R.

142 Sacerdos cū frangit Ho-
stiam, incipit à superiori parte,
sicut signum Crucis incipit fie-
ri ab eadem superiori parte. tit.
10. num. 2. lit. X.

143 Minister datus pacem
genusflexit ad dexteram Cele-
brantis, & dicto tertio Agnus
Dei, porrigit instrumentum oscu-
landum eidem Celebranti, tum
facta genuflexione, accedit ad
Prælatum, & alios, quibus idem
instrumentum porrigit, facta tā-
tum reverentia post pacem da-
tam vnicuique. Velum quoque
adhibebit colori Missæ conueniēs
quo qualibet vice terget illud
ante-

antequam alter osculetur, si plures sint Prælati, alias non terget, nisi Prælatis. Neque vero danda est pax hoc loco cuicumque, sed personæ, seu personis valde insig-nibus. num. 3. lit. F.

144 Sacerdos dum conmu-nicat, cubitos teneat super Altare: sicut etiam in consecratione; ut initio solido respondeat finis sacrificij, qui fit in consumptio-ne; item ut intra Aram fiat & consecratio, & consumptio sa-cificij: quod plenè præstatur eo cubitorum sicut num. 4. lit. R.

145 Vino fit purificatio: Ex Innocentio III. de celebrat. Missar. c. ex parte. Decreta autem, ut vinum pro purificatione Calicis infusum esse

esset eiusdem saltem quantitaris, qua fuerunt primæ species Sanguinis; alioquin Sacerdos illud saltem intra Calicem circumagat, ut absumentur species, neq; extra Altare demittat Calicem, neq; digitis labia Calicis, seu oris sui detergat, neque digitos lambat. n^o 5 l*iu. 1.*

S 146. Pius V. in epistola ad Archiepis. Tarragonen. data die 8. Ianuar. 1571. & relata à Vincen-
tio Sorriano parte i. monet de
prædicta vihi ad purificationem
adhibenda quantitate: & addit
præterea quod sumatur ablutio
per eamdem partem Calicis, per
quam Sanguis Christi haustus est
Mirage quæso, sancti Pontificis,
etiam

otia in minimis, diligētiā. Ibid.

147 Vtramque ablutionem sumit Sacerdos, & in medio Altaris. Curet autem, ne, dum digitos purificatorio tergit, Corporale commaculet, gutta cadente ē digitis, & ideo deponat Calicem extra Corporale, donec digitos abstulerit. Ibid. l. 2.

148 Galicē, dum plicat Corporale, collocat Sacerdos versus cornu Epistolæ, ut coimmoditis bursam accipiat, quia est in cornu Euangeli. Ibid. l. 2.

149 Quilibet Sacerdos communicare potest in Missa alios, excepto die Paschatis, quo neq; possunt Regulares, qui priuilegium habent, ut sunt Mendicā-

Regula selecta in
tes. Gauant. n. 6. lit. D. nisi tunc fiat
facultas a Parocho, ex Nicolai
Quinti, Sixti Quarti. & Leonis
X. concessionibus in Monumē-
tis Minorū, concessione 149. 150.
160. de quibus, Alphons. Casai rub.
& Hieronym. Sorbus Capucinus in
privil. Mendicant. verb. communicare
& Rodericus tomo 1. quaest. 56. 3. Di-
ces. Licebit ne absq; alia faculta-
re ipso die Resurrectionis de ma-
nu Religiosorū communicare, si
iā de manu Parochi intra statu-
tum tempus quis communicavit
vel communicaturus est? Re-
pōdeo, licet Pn. Emanuel Saverbo
Euchar. numer. 10. Suarez disput. 72.
section. 2. dub. 2. & Emanuel Rodericus
to. I. q. 56. art. 6. senserint licere.
quod

quod formalis, & non materialis
Paschalis communio illa limita-
tione excipi videatur, ut adeant
Paschali tempore oves suas Eccle-
sias, cui per iam factam communio-
nē, aut faciendam supponitur sa-
tisfactum, aut satisfaciendū; op-
positum tamen esse probabilius,
idque censuerit Congregatio Illit-
eris. Cardinalium super Conci-
lium Tridentinum die 21. Ianua-
rij anno 1586. Idemque docet
Nauar. cap. 21. n. 52. in Man. Sarmen-
sis lib. 2. de visitat. cap. 30. Henriquez,
lib. 8. cap. 55. Azor lib. 7. ca. 41. quod
privilegia quando derogant iuri
communi, restringenda, & non
amplianda sint. Hac Iohann. Bantist.

Scor-

Regula selecte
Scortia de Missa sacrificio. lib. 4. capit.
29. num. 7.

150 f Celebrás, post sumptio-
nē Sanguinis, Calicem palla te-
gat, ante quam alios communi-
cet. Ibid. l. D.

151 Sicut in Missa, & in Offi-
cio, vno tantum praesente, vel
recitate, dicitur, Misereatur vestri
vel nostri: ita letiam vno tantum
communicaturo, dici debet, Ve-
stri, vestris: quæ cadunt præterea
super alios praesentes commu-
nione spirituali communicatu-
tos, l. 20 n. 6. l. F.

152 In communione fideliū
dicitur à Sacerdote Domine non
sum dignus, totū integrè clara vo-
ce, & semper in genere masculi-
no.

no, & lingua Latina; neque datur
eis benedictio, etiam in Missis de-
functorum, contra quosdam, qui
loquuntur gratis. Guerrer. tract. 1.
rubric 10. sui Cærement ibidem lit. G.
lit. N. item, Alcozer tractat. 2. gloss 3.
§. 6. Si post Communionem in
fundo Calicis vnitæ vini species
ad huc reperiantur, facta prius ge-
nusflexione, sumi poterunt ante
vini infusionem in Calicem; &
est ritus congruentior. Ibid.

153 Si in Altari remaneant
particulæ in Calice, genuflexat
Sacerdos, quandocumque acce-
dit, vel recedit à medio, vel tran-
sit ante Sacramentum in vase re-
seruatum, & cum dicit: Dominus
vobiscum; non verrat se ad popu-
lum

Regula selella in

Ium in medio Altaris, sed paulo
prope cornu Euangeli, ne terga
vertat Sacramento, & in fine ibi
dem dabit benedictionem, non
perficiens circulum, qui neque sit
ad Orate fratres, in Parafseeue; er-
go neque hoc loco eadem de
causa. Calix quoque in casu no-
rit collocandus in medio Alta-
ris, sed à latere Euangeli; neque
plicabitur Corporale, nisi repon-
sito Sacramento in locum suum
post Missam. Denique, cùm dicit
Euangelium sancti Ioannis in fi-
ne Missæ, non signabit Altare,
sed se ipsum tantum, n. 7. lit. P.

154 Si purificanda sit pixis
intra Missam, fiet ante Calicis
purificationem, collectis nimis
gumis

tum in eius fundo fragmentis omnibus diligentissime cum indice dexteræ manus. *Ibid.*

155 Ministri dicunt etiam *Agnus Dei*, percutiuntque sibi pectora cum Celebrante, non tamen sinistra posita cum eo super Altare, sed infra pectus eidem pectori admota. n.8. *It.S.*

156 Quibus dictis, Diaconus genuflectit, & dicta per Celebrantem oratione *Domine Iesu Christe*, surgit, osculatur Altare simul cum Celebrante, à quo dicte ei *Pax tecum*, accipit pacem; cui ipse respondet: & *cum spiritu tuo*. Dumque pacem accipit, appropinquat sinistram genam suam sinistræ Celebrantis, ita ut

Regula selecta in
se inuicē leniter tangant: & ite-
rum ante Sacramentum genu fle-
ctens, ac statim surgens, recedit,
&c. Cœrem. Episc. lib. I. cap. 7. ¶ 24.
¶ lib. 2. c. 8.

157 Diaconus dat pacē Sub-
diacono, & hic alijs eisdem quos
Diaconus incēsauit, & præterea
Acolyto comitanti inclusuē. Ibi
dem litera X.

158 Qui dat pacem , nemini
inclinat, cui dat pacem, nisi post-
quam dederit. Qui accipit, incli-
nat caput danti , antē , & post-
quā acceperit ; ex Cœrem. Episcop.
lib. I c. 24. Itē , qui dat, dicit: Pax
tēcum: qui recipit, respondet; Et
cum spiritu tuo ; amplectunturque
se inuicem, & appropinquāt ge-
nas

nas sinistras, ut dictum est de Ce-
lebrante, & Diacono. In uno
quoque deinde ordine primus
dat pacem alteri subsequenti, & ille
alteri, & sic deinceps usque ad ul-
timum eiusdem ordinis, non pre-
missis in uitationibus, quae in in-
censatione tatu finiunt. *Ibid. lit. Y.*

159 Si in Missa solemni fue-
rit assistens paratus, accipiet pa-
cem a Celebrante, & dabit Cle-
ro. Diaconus recipiet ante Cle-
rū ab eodē assistente, & dabit Sub-
diacono, ut ait Crassus libr. I. c. 50.
Gauant. n. 9. tit. 10. lit. A.

160 Ministri inclinati stāt a ver-
bis: *Domine nō sum dignus; manibus*
iunctis ante pectus. *Ibid. lit. A.*

161 Si in Missa solemni fiat

Regulae selectae in

Communio, Diaconus, cooper-
to Calice cum palla, coque posi-
to paulò ultra mediū Corpora-
lis, intra Arā tamen, versus cor-
nu Euangelij, collocat in medio
Corporalis pixidem. Quod si ea
extrahenda sit de tabernaculo,
idem ipse extrahat cum genufle-
xionibus, antequam extrahat, &
postquam extraxerit, genuflexo
interim Celebrante, & alijs cir-
ca Altare, Diaconus in cornu E-
pistolæ stans, profundè tamen
inclinatus, dicit alta voce: *Con-
fiteor*, manibus iunctis. Cele-
brans, postquam Diaconus pi-
xidem discooperuerit, stat in
medio Altaris facie versa ad
Diaconum: Subdiaconus item
post

post Celebrantem stabit; qui dicto Confessor, eodem loco stans dicit, *Misereatur, & Indulgentiam,* prope medium Altaris, facie item versa ad Diaconum, qui respondebit, *Amen.* Acolyti interea ante medium Altaris in superiori gradu extendunt linteum mundum genuflexi, facie sibi inuicem versa: Diacono vero, & Subdiacono ante linteum genuflexis, Celebrans cum debitis genuflexionibus eos cōmunicat, præmissis verbis *Ecce Agnus Dei, &c. Domine non sum dignus,* cum reliquis ceremonijs, de quibus supra, Ibdem litera C.

162 Dum alios Celebrans cōmunicat, Subdiaconus stat à si-
k 4 nistris

Regula selecta in

nistris Celebrantis, Diaconus in
cornu Epistolæ purificationem
cum Calice ministrat ijs scilicet,
qui de Clero sunt, nō laicis, qui
bus purificationem dabit alter ē
Clero cum alio vase aut vini, aut
aqua. Diaconus autem eo casu
ad dexterā Celebrantis accedit.

f 163 Neque ministri Patenā
teneant sub mento communici-
cantium, quod ad Episcopalem
attinet maiestatem. *Ibidem.*

f 164 Facta communione cum
debitis reverentijs, Diaconus o-
perit pixidem , & reponit in lo-
cum suum , genuflexo interim
Celebrante, & post eum Subdia-
cono: quibus deinde surgentibus
& reposito Calice in medio Al-
taris,

taris , dete&toque , fiunt alia pro
purificatione Celebrantis ; quæ
sunt in Missali. *Ibidem.*

165 Finita Oratione post co-
munionem Celebrans claudit
librum in Missis priuatis manu
dextera , ita ut pars libri clausa
Calicem respiciat. Porro eius
est claudere , cuius & aperire ; ape-
ruit autem initio librum Mala-
lē , idē Sacerdos , *tut. II. n. 1. lit. E.*

166 In Missa solemni cura li-
bri Missalis spectat magis ad Dia-
conum , quam ad Subdiaconum ,
qui eiusdem tantum curam ha-
bet in ordine ad Euāgelium ini-
tio , seu in fine Missæ legendum
siue à Celebrante , siue à Diacono .
Subminister enim est Euan-

Regula selecta in

geliij ad sustinendum librum. In
de fit, vt Diaconus solus libro as-
sistat in reliquis, nūquam Subdia-
conus, tit. II num. 3. *l. O.*

P 167 Quando amouetur Ca-
lix de Altari, Subdiaconus non
comitatur à Ceremoniario; qui
tamen vadit, & redit per breuio-
rē viā, vt adsit ad Orationē post
Diaconum in loco suo. *Ibid.*

S 168 Celebrans, dictis Oratio-
nibus, non claudit librum, sicut à
principio nō aperuit, & qui aper-
tum inuenit, apertum relinquet;
quaꝝ fiunt per ministros ad ma-
iorem solemniter Celebrantis
dignitatem. *Ibidem.*

T 169 Diaconus cū dicit:
Ite Missa est, vertit se ad populu-
nū
sed

sed antequam se vertat, genufle-
ctat versus Altare; & postquam
dixerit, redeat eodem modo, quo
Celebrans, & una simul cum eo.
Neque Celebrans dicere debet
submissa voce, *Ite Missa est*, quod
quidam docuere. *Ibid. lit. V.*

170 Euangelium ultimum le-
gitur ijsdem ritibus, quibus pri-
mum post Epistolā, osculo excep-
to in fine. *tit. 12. n. 1. lit. Z.*

171 Si libro non utatur Sacer-
dos, neque folio, in quo scriptum
sit Euangelium sancti Ioannis,
signet Altare. Quod si utatur li-
bro, aut folio, signet in eo ini-
tium Euangelij, non verò titu-
lum; & eo casu (præsertim si E-
uangelium est aliud à communis
minis-

Regula sed & tē in

minister deferat librum ad cor-
nu Euangelii, dum Celebrans di-
cit: *Placeat*, eo planè modo, quo
dictum est de primo Euangelio,
dicitur in fine, *Deo gratias*, ut a
ctione gratiarum, tamquā sigillo
liturgia sit obsignata, & ad diffe-
rentiam primi Euangelii, quod
prædicationē Christi significat;
ultimo autem, Apostolorum
prædicationem. *Ibidem.*

¶ 172. Non osculatus Sacerdos
Euangelium, sicuti nec antē pe-
tit benedictionem, nec aliam so-
lemnitatem adhibet. Vnde etiā
in Missa solemani secretō legitur;
quod adnotauit Petruz Lopez
de ritu Missæ, & rectè. Si usus
est libro, eum claudit manu dex-
tera, ita ut pars aperta libri reſ-

Piciat cornu Euangelij, non Calicem; nullum autem est mysterium in libro clauso; sed attenduntur tantum decensior gestus clavidentis dexteræ, tam in hoc loco, quam in superiori, ante benedictionem. *Ibidem.*

173 Extinguuntur candelæ
primo in cornu Euangelij, deinde in cornu Epistolæ, ut statim minister possit Missale accipere
cū birrete Sacerdotis, sed neque tamen debent extingui, antequā finitum fuerit totum ultimum Euangelium. *num. 7. lit. F.*

174 Antiphonam Trium puerorum, & Canticū, Benedicite debent dici etiam post Missam Defunctorum. *Ibid.*

175 Ordine retrogrado, quo
se induit, paramentis sacris se
exuit Sacerdos; nimis rumprius
Stolam exuat, quam Manipulū,
& quæ à principio osculatus est,
nunc eadem exuendo se, oscule-
tur in medio Stolam, Manipu-
lum, & Amictum. Neque omit-
tat in Sacristia debitam reuerē-
tiam imagini, eodem modo,
quo ante Missam est dictum. La-
uet etiam manus, nō quod quic-
quam immundum ex ipso con-
taetu Sacramenti contraxerit,
sed ut potius suam commemo-
ret indignitatem; qui se iudicat
tantis Sacramentis celebrandis
indignum. Ablutionis autem a-
qua debet in locum mundum
diffundi;

diffundi honeste, ut altitudine
Sacramenti reverenteris honore-
tur. Innocent. III. libr. 6. cap. 8. Ga-
uant. Ibid. num. 6.

176 Ad benedictionem Ce-
lebratis, ministri æqualiter dista-
tes supra secundum gradum, Dia-
conus à dextris Subdiaconi, ge-
nusflectant versus Altare, ea-
dam ratione, qua post Episto-
lam, & ante Euangeliū genu-
flexi benedictionem receperunt
ab eodem Celebrante, nisi sint
Canonici; & manu pingant sibi
Crucem à fronte ad pectus, ve-
solent laici; nam quamuis post
Epistolam, & ante Euangeliū,
ad Sacerdotis benedictionem id
non faciant, impediti à libro,
quem

Regula selecte in

quem tunc manibus tenent; hoc
loco tamen se signare debent.
Quod laudatur in laicis à Duran-
do lib. 5. capit. 2. & placet; quicquid
alij dicant, ut initio, & fine Mis-
sæ eluceat signum Crucis, quod
in omni negotio est opportunū
ex Cyril. Hierosolymit. Cateches. 4.
Gauant. ibid. n. 7. lit. L.

† 177 Subdiaconus defert librū
Missalis eo modo, quo dictum est
suprà, post Epistolam. Diaconus
autem sicut quasi medius inter
Celebrantem, & Subdiaconum,
aliquāto post Celebratorem, ne im-
pediatur à lectione, Ad. Et Ver-
bum caro factum est, vel quid simi-
le, genuflectunt prædicti tres, ver-
sus librum. Ibid. lit. M.

178 Acolytis praecountibus
cum candelabris, procedunt co-
perio capite ministri, post debi-
tam reverentiam Altari factam,
ut initio Missæ, unus post aliud
manibus iunctis. In Sacrificia ve-
tò, reverentia facta imagini ab
omnibus, & Celebranti à mini-
stris, deponunt omnes paramen-
ta. *Ibidem lit. N.*

179 Psalmi cum precibus di-
ci solitis pro preparatione Sacer-
dotis ante Missam pro Defun-
ctis, omitti quidem possunt, sicut
prohibentur dici ab Episcopo,
in *Ceremon. Pap. lib. 2. sect. 2. cap. 26.*
¶ 28. Non autē omitti debent
oscula Crucis in Amictu, Mani-
pulo, & Stola induendis. Qua de-

Regula selecta in

*tē dubitauere quidam, eō quōd
prohibētur oscula terum in Mis-
sa solemni. tit. i. 3. n. 1.*

180 In Missa pro defuncto
semper debet dici, *Dona eis re-
quiem sempiternam; id est animæ, &
corporis gloriæ, quia animæ so-
lius sine corpore non est quies-
sempiterna. Ibid. lit. S.*

181 In Missa defunctorum
Credentia vel nulla, vel simplex
cū linteo brevi. num. 2.

182 Subdiaconus ministrat
a sinistris Celebranti, & in obla-
torum incensatione, & ablutio-
ne manuum cum Diacono mini-
strat mappam ad tergendas Ce-
lebrantis manus. Item cum nō
teneat patenam, quæ solēnitatis
indi-

indictum est, debet etiam incensare Sacramentum in eiusdem eleuatione, ut à digniore ministro nō impedito id fiat, & statim surgit, stās in medio, ut aliās. *Ibid.*

183 Candelæ ritè ardent in Missa pro defunctis, ad Euangeliū, quo geniti sunt defuncti; ad eleuationem Sacramenti, quo enutriti fuerunt, & ad absolutionem, qua in cœlos cuehi eosdem desideramus: & debent esse ex cera communī: ex Cæremon. Episcop. libr. 2. capit. 11. Quæ luctum indicate videtur. Qui autem ferunt intorticia ad eleuationem non discedant, nisi perfecta communione; quia nō este in casu standum ab aliquo, ut suprà

Regula selecta in

diximus in Missa festiuā; & eodem modo candelæ à Clero accensæ ardeant usque ad communionem; argumēto à simili sumpto in Purificat. B. Mariæ; nam variæ Rubricæ se invicem declarent, & eadem est ratio utrobius in veneratione Sacramenti.

num. 3. lit. D.

184. Si habendus est sermo, sit extra Missam, quia non sunt Homiliae Enāgeliij per ipsum habendæ, & tunc ante illum Celebrans accipiat Pluuiale nigrum. *Ceremon. Episcop. libr. 2. cap. 11. Quod* deficiente, maneat in Alba, & Stola in modum Crucis ante peccatus. *Gauant. p. 1. tit. 19. num. 4.* deponant & ministri Manipulum,

vt in simili casu Cærem. Episcop.
tradit lib. 2. cap. 17. Gauan. tit. 13. p.
2. num. 4.

185 In Absolutione Subdiaconius
de fert Crucem , Acolyti candelabra cum cereis accensis,
præcedentibus duobus alijs Acolytis, unus cum Thuribulo, alter
cum aqua benedicta. Celebrans dum descendit, habeat birretum
in capite. Ex Cærem. Episcop. lib.
2. cap. 11. vbi agitur de Canonis
ad lecticam mortuorum. Deinde
capite detecto se sistit , ut in
Rubrica. Ex Cærem. Pap. lib. 1. sec.
17. c. 1. aliquantum versus cornu
Epistolæ ne terga directè vertat
Altari, & ut orans Sacerdos vici
nior sit Altari. Ibid.

186 Incensum in Absolutio-
ne benedicitur, nam in Missa-
li recognito aperte iubetur hoc
loco ijs verbis *Benedicens illud*
more solito; quod triplici decre-
sum est fundamento. Primo, au-
toritate *Ceremon.* Pap. dict. libr.
1. sect. 15. 6. 1. ubi expressè iubetur
benedici incensum pro adolen-
dis defunctis, & adduntur ver-
ba *Ab illo benedicaris, &c.* Dein-
de ex Innocēt. III. lib. 2. de Myst.
Missa, capit. 17. Incensatio hæc
fit præcipue ad expellendos dæ-
mones; quæ ratio connotat bene-
dictionem thuris, & thuribuli,
ex Durante libr. 1. de ritib. capit. 9.
numer. 9. Demum non aqua sim-
plici, sed benedicta defunctorum
asper-

aspergimus; ergo etiā thure bene
dicto erunt incensandi *ibid.*

187. *Oratio Absolue* cōmuni-
ter dicitur; vnde & *Absolutio*
vocatur; sed potest etiā dici *O-*
ratio Missæ, vt in Rituali Ro-
mano præscribitur. *Quod con-*
uenit præsertim in die Commie-
mori omnium defunctorum, &
quando sunt exequiæ *Prælato-*
rūm. *Marcellus tamen Francolinus*
in suo Cæremon. Papali, l. br. 2. cap. 35.
constanter habet in *Absolutio-*
ne Prælatorum Orationem, Ab-
solute; quod mihi magis placet,
addito dignitatis titulo, quam
habebat defunctus nominis eius-
dem. *Ibidem.*

188. *Duim sit Absolutio, si ele* †
L. 4. petus

Regula selecta in

metur Sacramentū in aliquo Altari, neque Celebrans, neque ministri debent genuflectere, ne saecra interrupatur actio ; & rectius fieret , si in eleuatione pulsatio campanulæ omitteretur à ministro. *Ibidem.*

f. 189 Cantores dicunt *Requiescant*, licet pro vno fiat absolutio. *Ibidem.*

190 Pro exponendo Sacramento in Altari pro initio 40. horarum, vel spiritualium exercitationum, cantari debet Missa votiva de Sacramento, quæ habetur circa finem Missalis , non autē festiva Corporis Christi(nisi infra Octauam eiusdē Festi casus accideret) & tempore Paschali

gōo oīa en pōh o ad-
eūt. i. u. ciam. i.

addēdum erit. Alleluia; ut sit in
alijs votiuis Missis, *ibid.* 14. n^o 2.

171 Dicitur vna tantum Ora
tio, cum Gloria, Credo, & Prae-
fatione de Natiuitate, quia sicut
esse publica causa; non autē priua-
tis Missis hæc cōueniunt. *Ibid.* n^o 3.

192 Si verbo accidat in Festo
primæ vel secundæ classis, siue in
Dominica priuilegiata primæ
vel secundæ classis, tunc in Col-
legiatis vel duæ cantentur Mis-
sa, altera de Festo seu Dominica
post Tertiam, altera Votiva de
Sacramento post Nonam: vel
vna cantetur de die cum cōme-
moratione sanctis imi Sacramē-
ti, quæ Ronæ fit in Capella Pa-
pæ in prima Dominica Aduentus

Regule selecte in

& in alijs diebus festis solemini-
bus in Ecclesijs maioribus Vrbis.

Ibidem num. 4.

193 In ingressu Celebrantis
& ministrorum ad Altare, in quo
patet Sacramentum, omnes de-
bent genuflectere in piano Ca-
pellæ utroque genu. Facta vero
Confessione, ascendunt ad Alta-
re, ubi deinceps genuflectunt u-
nico genu, ut expeditiores sint;
& Celebrans dicit: Oramus te Do-
mine, &c. ibid. n. 5.

194 Incensatio Altaris fit de
more, stante Sacerdote, dum be-
nedicit incensum; quod item de
more benedictus, ex, Cœrimoniali
Episcop. libr. 1. cap. 23. quia Altare,
& Celebrans etiam thurificari
debent. ibid. n. 6.

195 *Non

195 * Non prohibet præsen-
tia sanctissimi Sacramenti in-
censare ministros Altaris, im-
mò etiam Chorus Canonicorū
incensatur, & ita sentiunt Ro-
mani Cæremoniarij, qui ita re-
ponderūt hac de re consulti, vt
refert Emanuel Riparius in suo Li-
bel. de Ora. SS. Sacram. pag. 7.

196 Pro Cruce, quæ adesse
non debet, incensatur Sacramen-
tum à Celebrante super altio-
rem Altaris gradum cum mini-
stris genuflexo. Neque Diaconus
osculari quicquam debet in hac
Missa, quod tradi debeat Celebrā-
ti: neque manus item Celebratis
in traditione terum, (nisi. cùm
porrigit ei Patenam) ob apertam
præ-

Regula selectæ in

præsentia sanctissimi Sacramen-
ti; quod exprestè dicitur in Cere-
moniali Episcop. lib 2. cap. 33. absque
osculo, inquit, cochlearis, & ma-
nus : quicquid contra scripsit
recentior. Inclinat autem Cele-
brans genuflexus caput suū pro-
fundè, ante & post incensationē
Sacramentii. Ibid. num. 6.

197 Cum incensandus est Ce
lebrans, reddito Thuribulo in cor
nu Epistolæ, ut moris est, descen
dit, & sicut se apud idem cornu,
facie versa ad populum, aduertēs
ne, dum mouet se, terga vertat
Sacramento, & ibi à Diacono ē
contra stante in plano Capellæ
incensatur. Quod erit quoque
obseruandum in altera incensa
tione

tione ad Offertorium; & ibidem
lauabit manus. Eadē enim est ra-
tio exeundi extra Altare, tā pro-
incensatione, quām pro ablutio-
ne manū Celebratis; & virum-
q; seruatur in vrbe. *Ibid. n. 71*

198. Accedēs ad medium Al-
taris, & recedēs à medio, vel trā-
siēs ante medium, toties, quoties
semper genuflectit Celebrās vni-
co genu; quod. & ministri obser-
uant. *Ibid. n. 8.*

199. Conuertens se ad popu-
lum dicturus: *Dominus vobiscum*,
seu alia; facta genuflexione post
osculum Altaris, sistit se renibus
versis ad Euangeliū cornū; tum
facta iterum genuflexione in me-
dio redit ad librū seu Altare. *Ibi-
dem n. 9.*

200. Dia-

200 Diaconus, Subdiaconus,
& Prædicator, si habenda sit cō-
cio, non omitent tamē osculum
manus Celebratis in fine Epistor-
iæ, & ante Euāgeliū, & concionē;
quod alias sit de more *ibid. n. 10.*

201 In oblatorum incensatio-
ne benedicit incensum de more,
& sine genuflexione incensat o-
blata, tum genuflexus super al-
tiorem gradum, ut suprà, incen-
sat Sacramētum, ut initio Missæ.
Diaconus nō amonet Calicem
de medio, quia nullū est periculū
effusionis eius. *ibid. num. 22.*

202 Dicitur, *Orate fratres,* à
Celebrante, vbi *Dominus vobiscum.*
Sed non perficitur circulus, vt
habetur in Missali fer. 6. Parasce-
ues

ues. Rursumq; genuflectitur, quia
reditur ad mediump. *Ibid. n. 12.*

203 Reliqua usque ad contum-
cionem inclusuè fiunt ut in alijs
Missis: à communione ad finem Mis-
sæ fiunt genuflexiones, conuersio-
nes ad populum, ut n. 8. & 9. dicit est.

204 In benedictione populo
dāda, dicto Omnipotens Deus, genu-
flectit Celebrās, & in latere Euā-
geliū benedicit; non perficit cir-
culum, neque in medio genufle-
xit; sed in eodem latere conuer-
sus statim ad Altare signat libertū,
seu tabellam Euangeliū vltimi,
non Altare, quamuis Sacramen-
tum esset altius Altari: est enim,
ac si esset in Altari. *Ibidem, nu-
mero 15.*

205 Re-

204 Recedit cum ministris
ab Altari, cum genuflexione in
plano Capellæ vitroque genu fa-
cta: vel si facienda est Processio,
pro fine Orationis publicæ, facta
prope Altare genuflexione in
medio, descendit extra cornu E-
pistolæ, ubi depositis Manipulis
à se, & à ministris, cum Casula,
induit Celebrans Pluviale; & ex-
tera facit, quæ ad Processionem
spectant: de qua nos infrā, par. 4.
titul. 12. à num. 3. & sequentibus: qui-
bus illud hoc loco adde, incen-
sandum esse prius Sacramētum,
quam deponatur de loco suo su-
per Altare, si imponendus est, O-
rationi finis, Ibid. n. 16..

P A R S Q V A R T A .

1. **S**I Vigilia Natiuitatis Domini
venerit in Dominica, Mis-
sa cantanda erit post Horā Ter-
tiam, & post aspersionem aquæ
benedictæ; quia eo die non ieju-
natur: & licet aliud videatur pre-
scribi in *Rubr. Gener part. I. tit. 15. n.*
2. quamvis dies sint solemnnes,
de ijs tamen intelligitur, in qui-
bus & iejunatur, & duæ cantantur
Missæ de Festo, & de Feria: quæ
huic Dominicæ non conueniunt.
Dicitur Credo in hac Vigilia, si
venerit in Dominica; quod alias
docuimus ratione Dominicæ, p.
4. tit. 3. n. 1.

Regula selecta in

p 2 In Natali Domini neque purificatorio tergendus est Calix, nisi in fine tertiae Missæ, neque omittendæ sunt preces, quæ in purificatione Calicis, & digitorum ablutione recitari solent,
Ibidem num. 4.

b. 3 Probabilem sententiam, & securam pucat Soarez 3. partie disput. 80. section. 4. posse in nocte hac celebrari tres Missas priuatas simul post medium noctem, quia nullo iure prohibetur; nec abnuo, si causa ad sit maioris numeri Sacerdotum, minorisq; numeri Altarium, & ciusmodi, si minus omnes celebrare commode possint. Oppositū docet Fran^{cis} col. prima par. cap. 39. n. 20. ubi mul-

tos

tos citat Doct. quorum est cōmu
niōr sentētia leg. Bonac. d. sp. 4. p. vlt.
pan. 9. n. 5. Gauant. ibid. n. 6.

4 Qui vnam tātūm facit, vel
primam, vel terciām facere de-
bet; & tertiā potilis, cuius Oratio
cum Officio concordat, Ibid.

5 In Collecta Ferie quintæ
Dominicæ tertię Quadragesimæ
nominantur quidē SS. Cosmas,
& Damianus, sed neque in Offi-
cio, neque in N. Orationis A cun-
dis, in propria eorum Ecclesia
omitti debet consueta cōmemor-
atio eorumdem, tamquā Mart-
yrum inter suffragia commu-
nia, & tamquam Titularium Ec-
clesiæ propriæ, tit. 5. n. 16.

6 Feria quarta Cinerū bene-
dicūs.

Regula selecta in

dicuntur Cineres positi super Altare in cornu Epistolæ. Cærem. Episcop lib. 2. c. 19. ita ut sit vas inter Missale, & cornu. Celebrans, osculato Altari in medio, accedit ad librum, ubi stans inter utrumque ministru, Cæremon. Pap. lib. 2. scil. 1. c. 26. & 41. quia Pluuiiale habet legit Antiphonam Exaudi, &c. manibus iunctis, & dum benedicit manu dextera Cineres, Diaconus eleuat à dextris fimbriā anteriorē Pluuiialis, & ideo statere debet illi à dextris, non post eum. Incensum imponitur in thuribulo de more, & cū benedicti ne, ministratibus Diacono, & thuriferario. Celebras postea ter aspergit Cineres, in medio à dex
tris,

tris, & à finistris Cinerum, delato
vase aquæ ab altero ex Acolytis,
& aspergillo sine osculis dato
Diacono, qui deinde cū osculis
tradit Celebrati. *u.n.z.z.* 4.

7 Ter adolet incenso eodem modo, quo aspersit. Deinde dignior Sacerdos ex clero, in suo habitu chorali, & sine Stola, stas imponit Cinerem in forma Crucis. *Ceremon.* *Pap. l. b. 2. c. 31.* Celebranti non genuflexo, stanti quidem, facie versa ad populum, sed capite inclinato.

8 Diaconus non debet impone Sacerdoti Cineres. Conuenit autem, vt genibus flexis coram Altari sibi ipsi eo casu impo nat, quasi à Christo illos recipiat

Regulę selectę in
cui flectitur omne genu , & ad
exemplum humilitatis. Ibidē di-
cto num.4.lit.O.

9 Sacerdos imponit Cineres
stans aperto capite , & Diacono
tenente à dextris eius vas Cine-
rum. Cæremon. Episcop. ubi sup.ibi-
dem.num.5.

10 Veniunt omnes cum de-
bitis reverentijs Altari , & Cele-
branti , antè & post , & manibus
iunctis. Extra gradus Altaris ad
cancellos populus congruentius
recipit Cineres : fœminis etiam
non supra velum , sed supra ca-
pillos dantur Cineres ; si fieri po-
test commode ; ne benedictus ci-
nis deperdatur , num.6.

11 In primis Vesperis Do-
min.

min. de Passione velatur Cruces.
 & imagines: ex Cæremon. Episcop. lib. 2. cap. 20. hoc est, ante Vesperas. Velum autem nō debet habere secum aliam imaginem; & illud velum, quo teguntur Cruces, sit potius violaceum, quam nigrum, nisi aliud statuatur infrā. Quo ritu significatur, iam Christum non in palam ambulasse apud Iudeos hoc tempore, & abscondisse se, ut in Euāgelio Dominica dicitur, lit. 7. n. 1.

12 Aspersio aquæ benedictæ in Dominica Palmarum fit à Sacerdote statim, ac venerit ante Altare; & Acolyti ante dictam aquæ aspersionem depo-
 nunt cādelabra super Credētia.

*Regula selectæ in
ministri portant Manipulos ad
benedictionem Palmarum, quia
cantaturi sunt Epistolam, & E-
uangelium. num. 7. lit. A.*

13 Celebrans procedit ad benedicendum, præcedentibus Acolytis cum candelabris, ut ante Missam, sine thuriferario, & cù ministris capite cooperito, hinc inde à latere Celebrantis, ut in simili casu. *Cærem. Episc. lib. 1. c. 5. & lib. 2. c. 30. & 31. quia Pluvia habet, Ibid. lit. B.*

14 Verbum, Procedit in Rubrica Missalis non significat motum localē à Sacristia, sed quod finita aspersione, prosequitur benedictionem Palmarum, ascendendo ad Altare, quod oscularius in

in medio, & deinde in cornu Epistolæ, quia est commodius cantando, ut in Missali. Non vero deducit manus, sed iunctas eas tenet, etiam ad Oremus, & ad Orationes; quia sumus extra Missam; eodem modo cantat Praefationē manibus iunctis, assisiētibus hinc inde ministris cum quibus dicit Sanctus, &c. Ibidem.

15 Ministri pares sint Celebranti, hinc inde, ut commodius Diaconus eleuet simbriam Pluvialis à dextris; non solum in aspersione, & incensatione, sed cum benedicturus est ramos. Ibidem num. 8. & nu. 11.

16 Subdiaconus eadem prorsus facit, quæ pro Epistola Missæ;

Regula selecta in

in cuius fine non tamen defert
librum Celebrantis ad cornu E-
uangelij, quod legit Celebras, si
velit, in cornu Epistolæ; & resu-
mit, si ea vtitur, Planetam plica-
tam Subdiaconus. *Ibid.n.9.*

17 Diaconus, dicto Euange-
lio, si Casula plicata vtitur, incen-
sato Celebrante, priorem resu-
mit, eo modo, quo dicitur in Ru-
brica Missalis de Qualitate para-
mentorum. *Ibid.n.10.*

18 Celebrans non discedit à
cornu Epistolæ: & dum dextera
signum Crucis facit, ponit sini-
stram super Altare, *ex Rub.genera-*
p.2.tit.3.n.5.C. tit.7.n.5.ibid.n.11.

19 Dignior qui dat ramum
Celebranti, stans in suo habitu,
fine

sine Stola, eidem stanti dabit, &
cum osculo ramii ab utroque fa-
cto, non manus; deponit autem
Celebrans ramum suum in manu
Acolyti; & dum alijs, aperto ca-
pite, stans distribuit, Diaconus à
sinistris eius ministret eidem ra-
mos, eos tantum osculando; depo-
sito interim suo ramo super Alta-
re, alter Acolytus ministrabit ra-
mos Diacono sine osculis. Cano-
nici quoque non osculantur ma-
num Celebrantis Canonici, ex
Cærem. Episc. lib. 2. c. 17. ibid. n. 14.

20 Ante Processionem, Cele-
brans imponit incensum in thu-
ribulum, ministrante Diacono, &
thuriferario cum benedictione,
de more. *Ibid. n. 15. lit. L.*

Regula selecta in

21 Facta Procesione, si Mis-
sa sequatur solemnis, Subdiaco-
nus ad Altare deponit Crucem
prope credentiam. Celebrans,
dum legit in cornu Epistolæ Pa-
ssionem, palmam teneat sinistra
manu. Idem & ministri faciant.
Ibidem num. 16. & 18.

* Ad legendam Passionem in
Missa priuata non extinguitur
luminaria in Altari, ut ex profes-
so probat *Paulus Comitolum in Res-
ponſ. Moral. lib. I. q. 49. Gauant. p. 4.
tit. 7. dicto num. 18.*

22 In Feria quarta sequenti
ad Introitum non genuflectitur
Ibidem n. 26.

23 Crux, que in Altari est Fe-
ria quinta in Cœna Domini ve:
lo

lo tegatur albo; in Missa dicatur
 Gloria in excelsis; campanæ de-
 inde sileant; in tertio Agnus Dei
 dicatur *Dona nobis pacem*, contra
 editionem Venetam in Officijs
 Parvis Hebdomadæ maioris, in
 quibus perperam notatur, quod
 habet Duran. libr. 4. cap. 52, tertio
 dicit *Miserere nobis*. Nam Missale
 vult dici de more, quamvis pax
 non detur, tit. 8. num. 1. 2 & 4.

24 Calicem alterum de cre-
 dentia ad Altare deferat Subdia-
 conus sine velo longo, sed cum
 velo tantū Calicis eiusdē parvo,
 Patena & Palla; quem Diaconus
 Palla prius, Patena deinde coo-
 perit, & desuper velum album ad
 cautelam, & ornatum expandit.
 Cele-

Celebrās genuflectit, quando cū-
que accedit, vel recedit à medio
Altaris, vel transit ante Calicem
ob reverentiam Sacramenti, li-
cet in Calice lateat, & sub velo.
Quod in simili casu aliás obserua.
In fine dat benedictionē in late-
re Euangelij; neque perficit cir-
culum, sed reuertitur ad mediū,
nō terga vertat Sacramento. Ea-
dem obseruent ministri. In Al-
tari non sit signum, quando legi-
tur Euangelium S.Ioan. quia ibi
immediate adest Author benedi-
ctionum. Si legit Euangelium in
libro, potest signare librū. Ad ea,
Et Verbum caro factum est, genufle-
ctat Celebrans cū ministris pau-
lo versus Sacramentū, *Ibid.n.6.7.*
¶ 8.

25 Locus vbi Hostia reserua-
ta reponatur, debet ornari corti-
nis Regijs, non verò pannis ni-
gris. Exemplum habes in facello
Pontificio Romano, vbi omnia
splendent in hoc casu reser-
uandæ Hostiæ. Alius Subdiaco-
nus cum Tunicella alba, & sine
Manipulo Crucem ferat velatā
velo violaceo. Hic autem cum
laicis Acolytis stabit, genuflexis
alijs in loco, vbi reponitur Sacra-
mentum. Celebrans, vt induat
Pluuiiale, retrahet se extra cornu
Epistolæ, ob præsentiam Sacra-
menti, ibique omnes deponant Mani-
pulos. Postea incensat ter Sacra-
mentū, facta antē & post profun-
da capit is simul cū ministris incli-
natione.

*Regula selecta in
natione. Caveat Diaconus ab
osculis coram Sacramento. Cœ-
rem. Episcop. lib. 1. c. 23. ibid. n. 9.*

26 Diaconus extremitatibus
veli pendentis ab humeris, tegit
dexteram manum Celebrantis
superpositā Calici. *Ibid. lit. N.*

27 Hodie & sequenti die cō-
uenit, ut ab Ecclesiasticis cū Plu-
uialibus deferantur hastæ balda-
chini; quod si desint Pluvialia, nō
ideo induant Stolas, Cottis tan-
tum induiti, ex Cœrem. Episcop. lib.
2. cap. 25. & 26. *ibid.*

28 Duobus modis hodie fie-
ri potest incēsatio. Primō, si Aco-
lyti alternatim incensent, ductis
thuribulis, ut sit in incensatione
personarum. Secundō, si hinc in-
de

de aniè procedant mouentes ma-
nibus dextris thuribula de ijsdē
pendentia, & effumantia, ait Ri-
tuale Romanum de Procesione
sanctissimi Sacramēti, quasi ster-
nendo viam Sacramento cum
odore incensi; qui modus vide-
tur magis vñstatus; & maiorem
reuerentiam connotat erga Sa-
cramētum, quod numquam, nisi
à genuflexis Sacerdotibus incen-
sari solet. *Ibid.*

29 Celebrās numquam cum
alijs in Processione Sacramēti
cantat, sed secretō dicit. Quia
Processio non fit extra Ecclesiā,
conuenit, ut clerus ad primos
duos versus; *Tanum ergo Sacra-
mentum, &c.* genuflectat conuer-

N

fus

Regula selectæ in
fus ad Sacramentum, ministri ta-
men non genuflectat. Extra Ec-
clesiam verò minimè: & ubi mul-
tus est clerus, posset alioquin, &
male interrumpi Processio. Ibi-
dem litera R.

30 Diaconus ponit Calicem
super Altare; deinde genuflexio-
ne facta descendit, & rursus im-
poni curat incésum sine benedi-
ctione à Celebrante stante, ut
priùs, amoto velo per Subdiaco-
num ab humeris Celebrantis.
Deinde reponit illū in capsula,
facta iterum genuflexione, ante
& post. Non enim videndus est
Calix à populo, & multò minùs
Hostia patere populo debet: neq;
dari debet clavis laico, quātumuis

nobilit: sed ei potius, qui sequenti
die est celebratus. *Ibid. lit. T.*

31 Post Vesperas denudantur
Altaria, *Cærem. Episc. lib. 2. cap. 23.*
Ad hoc procedat Celebrans cū
Diacono in Albis, & Stolis tan-
tum violaceis, cum Subdiacono
in Albis tantum sine Manipulis;
& clerus cantare potest Psalmū
totum. Amouendæ verò sunt
mappæ tantum cum pallijs, & a-
lijs ornamentijs, relicta Cruce ve-
lata cū candelabris in Altaribus:
neq; Psalmus ideo est repetitus,
si multa sint Altaria. *Ibid. n. 10.*

32 Hoc triduo transeuntes
ante Crucē, quæ est in Altari ma-
iori, reverentiam illi faciant cum
genuflexione; excepto Celebrante

*Regula selectissim
parato (nisi aliud infrà notetur)
quia fulget Crucis mysterium, &
de die Paschaeus hoc decreuis-
se sacram Rituum Congregatio-
mem testatur Castaldus in sua Praxi
Ceremon. ibidem.*

33 Ad faciendum Mandatum,
congruum esset, ut ibi Altare es-
set cum Pallio albo; ad significan-
dam munditiam, cuius gratia la-
uandi sunt pedes, cum Cruce, &
candelabris. Poterit etiam para-
ti Credentia à latere sinistro, su-
per quam collocabuntur Missa-
le, linteum Sacerdotis, vasa ad
ablueandas in fine manus eiusdē,
& alia eiusmodi, cū floribus, &
herbis. *Ibid. n. 14. lit. X. & Y.*

34 Ministri ad Mandatum as-
sistunt

estunt cū Manipulis (licet eo careat Celebrans) ob Euangelium cantandun, & cum paramentis albis. Si fiat Processio à Sacristia ad locum destinatum, Subdiaconus ferat Crucem inter Acolytes medius, more solito, quam deponit prope Altare in corru Euangeli. Incensum imponitur de more cū benedictione in thuribulum à Celebrante. Diaconus genuflexus ante Superiorem stantem in cornu Epistolæ, petit benedictionem. Finita incensatione Celebrantis, deponuntur Manipuli à ministris, ut ei libet in seruient. Celebrans vero extergit, & osculatur pede, nullo facto super eum signo Crucis ma

*Regula selecta in
nu Epistole, perit benedictionem.
Finita incensatione Celebratis,
deponuntur Manipuli à minis-
tris, ut ei liberius inseruant. Ce-
lebrans verò extergit, & oscula-
tur pedem, nullo facto super cū
signo Crucis manu eiusdem Ce-
lebrantis. Nec Diaconus infun-
dat aquam pedibus; quod aliqui
sc̄t ipferunt nimis aperte contra
Rubricam. Ibidem.*

35 Post lotionem Celebrans
stans in medio, scilicet ante Al-
tare, capite detecto, & manibus
iunctis, tenentibus librū Diacono,
& Subdiacono, dicit Oratio-
nes cum versibus. *Ibid. n. 16.*

36 Hora commodiore, post
Vesperas, deferantur particulæ
reser-

reseruatæ pro infirmis cum lumi-
nibus, superpelliceo, & Stola al-
ba adhibitis ad locum, ubi reser-
uata fuit Hostia consecrata; nisi
aliud exigit laudabilior consue-
tudo; & hostiolum tabernaculi,
in quo ordinariè asseruari solēt,
maneat aperatum, ne populus ibi
adoret, quod non adest amplius.

Ibidem.

37 In Feria sexta Parasceues
Nona cum alijs præcedentibus
Horis sine lumine dicitur. Alta-
re quoque erit nudum cum Cru-
ce velata velo nigro, ita ut suo te-
pore facilè queat detegi; & can-
delabris sex obscuri potius colo-
ris, & cadelis ex cera comuni ex-
tinctis, gradus eiusdē nudi erunt.

Regula selecta in

sed tamen benē mundi, pro Sa-
cerdotis prostratione. Credentia
Simplex linteo cooperata in supe-
riori tantūm parte, cum necessa-
rijs tantūm ad Officium, nempe
bursa cum Corporali & purifica-
torio, ampullis vini, & aquæ, va-
se vitro ad ablutionem digitō-
rum, Missalibus duobus, mappa
longa pro Altari, velo longo al-
bo pro Celebrantis humeris, ad
Sacramentum reportandum, &
candelabris Acolytorum cum cā-
delis ex cera communi. Proce-
dūt igitur, præeuntibus Acolytis
sine cādelabris, cū paramētis ni-
gris, seu in albis vno post aliū mi-
nistro, ut ad Missā. tit. 9. n. 2.

38 Lector in fine Prophetiæ
non

non osculatur manum Celebran-
tis, nec Subdiaconus in fine Le-
ctionis. Hodie non dicitur *Domi-
nus vobiscum.* Diaconus genufle-
xit ante alios, dicens: *Flectamus
genua:* Subdiaconus ante alios sur-
gens dicit: *Lemate.* Solus stat Ce-
lebrans. Ad Orationem ministri
stant, ut in Missa. Passio canta-
tur à tribus Diaconis indutis A-
mictu, Alba, Cingulo, Stola Dia-
conali nigra, & cum Manipulo,
ex Ceremon. Pap. lib. 2. cap. 39. qui
procedunt de Sacristia hoc ordi-
ne; ut qui Euangelistam refert, li-
brum deferat ante pectus, & sit
primus, quem sequitur ille, qui
turbam: postremo, qui Christum
omnes manibus iunctis. Factis

Regule selectae in

autem debit is reverentijs Altari,
accedunt ad cantandum, mediū
locum-relinquentes agenti perso-
nam Christi, & dexteram Euangeli-
stæ. *Ibid. nū 3.4. & 5.*

39 Celebrans legit Passionē
stans paulò versus cātores, & as-
tantibus ministris, vt ad Introi-
tum Missæ : sed cūm legit ipse
Tradidit spiritum, nondū tam en-
genusfectit, quia non legit in cor-
nu Euangelij, vt in alijs Missis.
Lecta verbō, etiam postrema par-
te in eodem cornu, quæ vicē ge-
rit Euangelij, conuertit se ad can-
tores Passionis, ex Cārem. *Paplo-*
co citato c. 39. ibid. n 6.

40 Ade a verba cantorū, *Tra-*
didit spiritum, omnes quidem ge-
nusfle-

Rubricas Missalis. Pars 4. 90
nusleqtunt, sed Celebrās, & alij
versus Altare, Diaconi cantores
versus librū, signumq; surgendi
post pausam datur à Diacono, qui
Euangelistam agit, eo ipso, quid
surgit, ut in Cærem. Episc. lib. 2. cap.
25. Pausa erit vnius Pater noster,
ut in Capella Papæ, Cærem. Mar-
cell. lib. 2. cap. 39. quare non placet
dari signum à Celebrante, ma-
nu cum strepitu super librum de-
posita. Fit autem prædicta genu-
flexio ambobus genibus in terra
positis. *Ibid. nn. 7.*

41 Sacerdote incipiente in
cornu Epistolæ, ministri stāt post
eum, ut in Missa; qui dicit moni-
tionē primam manibus iunctis,
Orationē vero, manibus extēsis;
neque

Regule sel. Elieis

neque umquam genuflectit. *Gau-*
man. 2. par. tit. 5. num. 5. pag. 119. & 4.
p. tit. 9. num 9.

42 Nota in Rubrica Missalis,
aduerbium *Aliius* concordare e-
tiam cum verbo *Incipit*, ne dum
cum verbo, *Elevans*, ita ut & vo-
cem, & Crucem elehet altius Sa-
cerdos vñā simul. *Ibid. n. 11. lit. L.*

43 Celebrans portat Crucē
sine vlla inclinatione facta Alta-
ri. Acolyti, dū denudatur Crux,
extendunt tapete pulchrum cū
cussino pretioso, & velo longo
albo supra gradus Altaris versus
planū Capellæ. Genuflexus Ce-
lebrans ibidem deponit Crucem
super velum & cussinum: mox
depositis calceamentis à latere
Episto.

Epistolæ prope sciamnum illi patratum ad sedendum, adorat solus; offerens tamen prius Crucis pecunias, quas volet offerre, dein de ministri simul. Ordo adorationis est, ut quilibet laicus, etiam Princeps, post clerum adoret. Prælati vero, si qui adsunt, post Celebrantem. Ad singulas adorationes dici potest versus, *Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.* Interim cantantur improperia, &c. quæ legi debent à Sacerdote sedente cum ministris, Cæremonia Pap. lib. 2. section. 1. cap. 51. Si repetitio est facienda ob longiorem adorationē, fiat ab Hymno, *Pange lingua,* ut in Missa Ei, ibid. n. 12.

Regula selectæ in

44 Circa finem adorationis
Crucis accenduntur candelæ su-
per Altare positæ; & itē ex eis, quæ
super credentiam habentur pro
Acolytis. Diaconus ponit puri-
ficatorium ad cornu Epistolæ, lo-
co solito: & tūc etiā trāsfertur à
Cæremoniario Missale ad cornu
Euāgelij. *Ibid n. 13. lit. Q. & R.*

45 Reportās Diaconus ad Al-
tare Crucem, nemini reverentiā
faciat, sed & Celebrans assurgat
transuenti Cruci, *ex Cærem. Episcop. lib. 2. c. 26.* cui genuflectit si-
mul cum Subdiacono. Quod ho-
die faciūt omnes omnino, in ho-
norem Crucifixi Domini nostri,
ex ipsomet Cæremon. Episcop. diel. lib. 2. cap. 25. & 26. Amoueantur sta-
tū

tim ab Acolytis tapete, & cussi-
nū cū velo. Si multis adest po-
pulus, poterit colloquari alia Crux
à Sacerdote cum Stola nigra an-
te aliud Altare, ad quam adoran-
dam accedant, tum mares, tum
fœminæ, ne Processio nimis dif-
feratur, & Officium sequēs. *Ibid.*

46 Ad Processionem Subdia-
conus alter paratus, ut Subdiaco-
nus Missæ, non cum Dalmatica;
ut scripsit Alcozer tractat. 4. gloss. 7. §
3. pag. 352. excepto tamen Mani-
pulo, defert Crucem processio-
nalem discoopettam. Duo thuri-
ferarij præcedunt dictum Subdia-
conum sine incenso in thuribu-
lis, quia nondum est Processio
Sacra, sed aditus ad eam; & ideō
itur

Regula selecta in

itut ad locum destinatum per
viam breuiorem. Ibi omnes ge-
nusflexi orant, exceptis Subdiaco-
no, qui gestat Crucem, & Aco-
lytis. *Ibidem lit. T.*

47 In hac Missa omittuntur
oscula manus, & rerum. Cele-
brans incensat Sacramentum, vt
heri, & statim imponitur eius hu-
meris velum album, nō nigrum,
accipitque genuflexus de mani-
bus Diaconi, mirum stantis Sacra-
mentum: super quod defertur
baldachinum, in Processione, nō
nigrum, vt aliqui solent, & male.
Debet enim esse simile velo,
quod Calicem tegit, & esse illud
idem, quod heri tegebat. *Ibidem*
lit. V. X. Y. & Z.

48 Cùm venerit Sacerdos ad Altare, Subdiaconus Crucis, deposita Cruce vbi minus impeditat in latere Epistolæ, genuflectit. Acolyti deponunt candelabra super credentia. Clerus in plano Capellæ circumdat Alta-
re, genibus flexis. *Ibidem.*

49 Celebrans ponit super Altare Calicem, vt pridie, cuim ministerio Diaconi. Nam genuflexus accipit illum de manu Ce
lebratis stantibus, & deponit super Altare, genuflectit, descendit, mi
nistrat nauiculam stanti Sacerdo
ti pro impositione incensi; & de
posito humerorum velo, Celebrans genuflexus rursus incen
sat Sacramentum, vt prius. Re
O cedit

Regula selecta in

cedit alter ex thuriferariis post
hanc incensationem; & Sacer-
dos deponit Hostiam ex Calice
super Patenam, facta prius genu-
flexione, & amoto a Diacono ve-
lo albo parvo à Calice. Neque
debet sponte tangere Celebrans
Hostiam; neque ideo prius lau-
re manus; quod aliqui scripsere.
Si tamē accidat, ut tangat, puri-
ficet statim digitos; quod in Ru-
brica Missalis sub conditione di-
citur, non autem iubetur. Tandem
Hostiam, & Calicem ponit super
Corporale, nihil dicens; neq; sig-
num Crucis, ut alias, faciens cum
Patenam, aut Calice. *Ibid.*

50 Incensum imponit Cele-
brans in thuribulo absq; benedi-
ctione

Etione, sed more consueto, id est, ter, cum ministerio Diaconi: & more solito incensat oblata, & Altare tantum; posteā lauat manus, facie ad populum versa. Deinde iunctis manibus, id est, super Altare, ut alias, dicit Suscipe sancta Trinitas: & versus ad populum, Ora fratres. Et dum se vertit, caueat, ne vel minimum terga verterat Sacramento, ut mox dicatur, num. 14. & 15.

52 Diaconus ad Pater noster, descendit, ut alias cum Subdiacono post Celebrantem. Dicit autem manibus extensis, neque se signat cum Patena, ut alias. Ad elevationem Sacramenti non eleuatur Patena, quā tener manus
Oz pefi.

Regula selecta in

posita super Altare: nec eleuatur
planeta , nec incensatur Hostia.
Eleuatur autē altera tantum ma-
nu, ad differentiam eleuationis,
quæ sit post consecrationem; ne
haec die videatur de novo conse-
crata. Diaconus cum debitis re-
uerentijs disco operit Calicem,
sine aliquo Crucis signo. Et licet
hic dicatur, *Mōre solito*, cadit hoc
verbum super totam Hostię di-
uisionem, non præcisè super im-
missionem particulæ. Vides hoc
etiam loco, quod *Mōre solito*, non
dicit omnia de more solitorie-
ri, sicuti in benedictione intenſi,
& *Orate fratres*, ubi verbū hoc
non includit omnia de more? n.
13. lit. G. n. 15. & n. 18. lit. N.

52 Oratio tertia Perceptio
Corporis tui, tantum dicitur, & manibus iunctis super Altare, ut alias, in qua solum de Corpore Christi agitur. Fit communio Sacerdotis, ut in Missali; ad quam ministri stant capite inclinato, ut alias. Ibid. lit. v.

53 Ante sumptionem particulæ Hostiæ, Diaconus Calicem discooperit, & cum Celebrante genuflectit. Sacerdos quādo sumit particulam Hostiæ cum vino, non se signat, ut alias, cum Calice. Postea abluit tantum digitos in Calice, ministrante Subdiacono ampullas. Extinguuntur hoc loco, dum fit ablutio, non prius, cerei à clero delati. n. 19.

Regula selecta in

54 Diaconus librum claudit,
Subdiaconus, plicato Corporali,
& in bursam reposito, reportat
Calicem ad Credentiam, & pos-
tremò cum debitis reverentijs re-
deunt omnes, vnde, & modo,
quo venerant. Altare denudatur
ab Acolytis, à quibus & nuda-
tur credentia, & candelæ extin-
guuntur post Vespertas. Si repor-
tanda est Crux, vt eam populus
adoreret, ad priorem seu alium lo-
cum, supponantur eidem eadem
quæ priùs; & decet eam portari
ab alio Sacerdote post Vespertas.
Ibidem num. 21.

55 Pixis, quæ remansit cū pat-
ticulis in loco pro Calice, & Ho-
stia deputato, portatur ad aliud
facellum

Facellū in loco remotiori præparatum cum luminibus. Cæremon.
'Petri Ruiz; & placet, ne in Ecclesiā sint luminaria in Matutinis
sequentibus, & Officio Sabbati,
Ultra præscripta. Ibid. n. 23.

56 Hodie conuenit duplīci
pallio vestiri Altare maius, viola-
ceo nimirum super album, ita ut
remoueri cito queat violaceum
circa finem Litaniarum. Cæremon.
Episcop. lib. 2 cap. 27. Super Altare
candelæ erunt ex cera alba. Ce-
reus etiam benedicendus colloca-
bitur cum suo candelabro in late-
re Euangeliij. Cæremon. Episcop. ubi
suprà ante cereum legile vestitū
veste alba, & super illud Missa-
le non apertum. Ministri debet

Regule vel Etę in

esse in violaceis, sine Manipulis
vel in Albis. Gauant. i. part. iii. 19.
nu. 6. & 7. Crucem gestare debet
Subdiaconus, quem præcedunt
Acolyti trés, cum aqua benedi-
cta, thuribulo sine igne cū nauicula,
& peluicula cū quinque gra-
nis incensi, & hoc eodem ordine
procedunt ad portam. tit. 10. nu.
2. liter. A. & D.

57 Crux cum Subdiacono
sit in posta ante faciem Celebrā-
tis; ignis autem in foculo super
aliquid scamnum coram Cele-
brante: vbi etiam forcipes ferrei
& candelulæ cum lignis sulphu-
ratis parari debet. Sacerdos ma-
nibus iunctis dicit orationes, &
Diaconus eleuat simbriā Pluuiia-
lis,

lis, quando est benedictus manu ignem, & grana incensi. Nec alia incensi quantitas vna cum quinque granis benedicenda est. Celebrans nō dicit *Oremus*, quasi coniungens nouam benedictionem incensi cum praecedenti benedictione ignis. Imponit incensum ter in thuribulo, nauicula à Diacono de more ministrata: qui & ministrat cum osculis aspergitorum, & thuribulum Celebranti. Sacerdos ter aspergit, in medio, à dextris rerum benedictarum, & à sinistris eorumdem. Ter adoleat, nimicum ut aspersit. *Ibidem*. *E. & F.n. 3. & 4.*

58 Diaconus cùm induitur Dalmatica albi coloris, accipit e-
O 5 tiam

*Regula selecta in
tiam Manipulum, ex Cæmon. E-
piscop. lib. 2. cap. 23. Præcedit thuri-
ferarius, posito prius incenso à
Celebrante in thuribulo, mo-
re solito. Acolytus deferens in
vase quinque grana incensi, va-
dat à dextris thuriferarij. Sequi-
tur Subdiaconus, & hic etiam
cum Manipulo, ex Cærem. Episcop.
loco cit. coloris autē violacei. Et
Clerus per ordinem, deinde Dia-
conus cum atrūdine; ad cuius sini-
stram eat Acolytus cum candela
accensa de novo igne, & si opus
est, intra laternam, ne à vento
extinguatur in Proceßione. I-
bidem num. 5.*

59 *Cum Diaconus ingressus
est Ecclesiam, & cùm ingressus
est*

est etiam Celebrans post eum
(non antè) inclinet atundinem;
vt Celebrans quoque genufle-
ctat in Ecclesia. *Ibid. lit. R.*

60 Cadelę tres in hac atūdine
positæ nō vlt̄a Vesp̄eras Sabbati
sancti ardere debēt: alioquin gra-
tis ardebūt, & sine causa. *Ibi. n. 50.*

61 Diaconus in benedictione
Cerei magni non signat librum;
neque seipsum: neque imponi-
tur incensum de nouo in thuri-
bulo: quod notasset aliquis Ri-
tualis liber, si de nouo imponen-
dum esset; & verè sufficit imposi-
tio incēsi facta semel, & proxi-
mè in ordine ad lumē Christi, &
cereū. Ministri verò hinc inde stā-
tes respiciūt librū, vt Diaconus,
rectam

Regula selecta in.
rectam quasi efformantes lineam
cum Diacono medio; ita tamen,
ut latera, nō terga, vertant Alta-
ri. Ibid. n. 6. lit. S.

62 Ordo figendi grana est,
ut primum in superiori parte, al-
terum in media, tertium in infe-
riori, quartum in dextera Cerei,
quintum in sinistra. Habet etiam
mysterium, quod Diaconus accé-
dit Cereum, non cum candelu-
la, ut aliqui scripsere, sed imme-
diatè (*ait Rubrica Missalis*) cum v-
na ex tribus candelis in arundine
positis. Accenduntur deinde lá-
pades sumpto lumine à Cereo ip-
so, vel à candelis arundinis. Ibi-
dem numer. 12.

93 In fine benedictionis Ce-
rei,

rei, excepto Papa, Episcopo, &
Imperatore, cui additur Electi ti-
tulus, si nondū est coronatus, vel
in Hispania Rege, nemo aliis
nominari debet, in consulta Sede
Apostolica; quicquid scripsere a-
lii; qui tamen hanc additionē pri-
die fieri prohibent: at quæ maior
est ratio cum Pius V. in sua Bul-
la additiones omnes prohibue-
rit? Sede Romana, vel Episcopa-
li vacante, tacetur nomen Pape,
vel Episcopi. *Ibidem.*

64 Crux deponitur in loco
decenti. Arundo stabilitur pede
marmoreo preparato, nō procūl
à Cōrō. Prophetiæ legituntur in
medio Chori, ex Cōrem. Episcop.
lib. 2. cap. 27. Vbi scilicet ab omni-
bus

Regule selecta in

*bis audiri queat lector; vnde nō
male illi, qui in ambone, vel an-
te Altare eas legunt. Lectores
autem non osculantur in fine ma-
num Celebrantis, neque rece-
dunt, nisi dicto *Lemate à Subdia-
cono.* *Ibid. n. 13.**

65 *Orationes Celebrās dicit,*
ut in Missa, manibus extensis.
*Dum ille Prophetias legit, mi-
nistrī assistunt, sicut ad Introitū
Missæ; dū verò *Orationes dicit,*
*stāt post celebratē, vnnus post a-
lium.* Diaconus dicit genuflectēs
ante alios, *Fleclamus genua:* Subdia-
conus surgens ante alios, *Lemate,*
excepta vltima Oratione. Cel-
brās autē numquā genuflectit. Si
sedere voluerit: post lectā in Alta-
ri*

ri Prophetiam, sed eat ad scamnum
consuetum, sed nudum in latere E-
pistolæ. Eat autem per viam bre-
uiorē cum ministris, & redcat per
longiorem cum debitis reveren-
tijs ante medium Altaris. Nullo
modo sedeat ad Altare; quod E-
piscopo tantum concedi debet.
Ibidem num. 13. ad 18.

66 Ordo legendi Prophetias
hic erit, ut primas legant mino-
res, postremas maiores, nisi aliud
necessitas suadeat. *Ibid. n. 19.*

67 Ad benedictionem fontis
portabitur Cereus ante Crucem.
Cærem. Episc. lib 2. cap. 27. Aspergilo
verò populi cum aqua fontis, &
eiusdē aquæ reseruatio ad asper-
gendū in domibus, & alijs locis,
ante

*Regula selecta in
ante infusionem olei debet fieri.
Ibidem num. 29.*

68 Ad Litanias, ministri quoque in Albis procumbunt ex communiori usu Ecclesiarum Romae. Deponunt tamen planetas platicatas paulò ante, *Peccatores, Cærem. Episcop. lib. 2. cap. 27.* Quod etiam mihi magis placet. Cuiusvis coriacei dari possunt sub eorum capitibus, & Celebrantis. Litanie non inchoantur apud fontem, sed apud Altare. *Cærem. Episcop. d. lib. 2. cap. 28.* Aliqui scripsere geninandum illud, *Per sanctam Resurrectionem tuam*; sed nullo antiquo auctore; immo contra Bullam Pij V. quæ additiones prohibet. *Ad peccatores, discendunt in Sacri-*

Rubricas Missalis. Pars 4. 101

Sacristiam; ut dicitur etiā in Missali Vatic. volum. 4743. si vicina est; alioquin in locum viciniorē, & decentem post Altare. Omnipotente ante Altare nemo Episcopo inferior est vestiendus, licet sit loci superior; nō enim est illi communicanda Episcopalis prærogativa, nisi mitra utatur. Ad Agnus Dei accenduntur luminaria. Pallium violaceum remouetur ab Altari; ornatur credentia suis necessarijs ad Missam solemnem. Kyrie eleison cantari debent ita rite, ut Sacerdos & ministri queant procedere ad Altare, Ibid num. 50 vbi de more, & submissa voce dicunt nouies, Kyrie eleison. Cærement. Pap. lib. 2. section. i. cap. 57. Et 60



*Regula selecta in
in cornu Epistolæ, deinde in me-
dio, Gloria in excelsis, & pulsantur
campanæ, quæ sunt intra parie-
tes Ecclesiæ cantum: dato dein-
de signo à Cathedrali, seu Matri-
ce, dabitur etiam (licet detur lōn-
gè post Gloria in excelsis) solemne
signum ab omnibus alijs Eccle-
sijs, cū campanis maioribus. Al-
leluia cantatur in cornu Epistolæ,
osculata prius manu à Subdiacono:
& dum cantantur, stant om-
nes. Cæremon. Pap. loc. cit. c. 57. Sub-
diaconus defert ad Altare vnâ
cum Calice bursam Corporaliū.
Ad lauabo, dicitur Gloria Patri; a-
lius à Célébrante ne communi-
cer, nec deponat Sacerdos Ca-
fulari pro Vesperis, ut assumat
Pluuias.*

Pluuiiale; quod aliquando fecere
perperam nonnulli, quia nondū
est finita Missa. Porro Antiphona
Alleluia, conuenit, vt incho-
etur à digniori, qui est in Choro.
Ministri cum Celebrante dicunt
Psalmum, & *Magnificat* in cornu
Epistolæ, vti stant ad Introitum
Missæ. Incensatio item fit eodē
modo, quo initio Missæ, sed præ-
terea incensantur alij in choro.
Extra chorum dicuntur Vespe-
ræ, vt in Breuiario adnotatū est.
Cereus à latere Euangelij ardet
à Sabbato sancto, vsque ad Do-
minicam in Albis inclusivè, ad
Missam, & ad omnes Horas; præ-
terea diebus Dominicis à primis
Vesperis, vsque ad secundas,

& Completorium inclusiuè ad
Missam & Horas, nimirum ad v-
trasque Vesperas, & Missam Do-
minicæ, & in Ascensione ad om-
nes Horas, usq; ad Euāgeliū Mis-
sæ solemnis, seu Parochialis, seu
Conuentualis non solemnis: in
alijs diebus numquam. Ibidem à
num. 30. usque ad 49.

16 69. Si Festum Annuntiatio-
nis inciderit in hunc diem, tunc
de licentia Superioris celebrari
potest; alias non: & non nisi post
inchoatum saltem solemne sa-
crafficiunt. Quo casu forte suffi-
cit incipere à Confessione; qua fini-
ta, dicat Sacerdos Kyrie eleison, de-
more, & reliqua cum Vesperis us-
que ad finem Messe. Ibid. n. 44.

70 Infra Octauam Pascha-
tis si fiat commemoratio de sim-
plici, non tamē dicitur tercia ora-
tio. tit. 11. n. 2.

71 Missa processionum, tres
habet orationes sine *Gloria*, sine
Credo, & sine commemoratione
festi occurrentis cuiuscumque; de
quo, si nouem Lectionum est, cā-
tatur alia Missa. Præfatio semper
est Paschalis, etiam in Litanij
maioribus quocumq; die occur-
rant. tit. 11. num. 12.

72 In Feria tertia Rogation-
num in Missis priuatis, si fiat de
Sācto ix. Lectionū, in illius Mis-
sa sit commemoratio Rogationū.
Si fiat Officium de simplici fes-
to, potest dici Missa de eo, cum

*Regule selectæ in
commem. Rogationum, vel Mis-
sa Rogationum cum comm.festis,
vt dicitur in Rubrica propria. Si
festum nō occurrat, dicitur Mis-
sa Rogationum, ut in Missali: ne-
q; in ea sit comm.de Officio fe-
riali : quod est peculiare in hac
die, licet Rubrica sit obscurior in
modo loquēdi. Altariū paramen-
ta erūt Officio cōformia: Altaris
autem maioris , & celebrantium
ad quodcumque Altare cōformia
Missæ Rogationum. Hymnus
Angelicus non dicitur, neq; Credo
in Missa Rogationum maio-
rum, & minorū, vt dicitur in pro-
pria Rubrica , quocumque die oc-
currat. Ibid.num.13.*

73 Si in Vigilia Ascensionis
occur-

occurrat fest. ix. Lect. dicuntur
tres Missæ in Collegiatis, de fe-
sto, de Vigil. & de Rogationibus,
post Tertiam, Sextam, & Nonā
Horām, & in unaquaque harum
secunda Oratio, si dicēda est, erit
de beata Virgine, tertia Eccl. si
vel pro Papa. In priuatis, si eo
die occurrat festum simplex, erit
de eo secūda Oratio, tertia de Ro-
gat. quæ in Officio nullam ha-
bēt comm. quia festum simplex
præcedit supra vltimas Rogatio-
nū ferias, etiam in Missa. Si oc-
currat festum ix. Lect. Missa erit
de festo, cum comm. Vigil. & Ro-
gationum. Ita in propria Rubri-
ca. *Ibidem num. 14.*

74 In Vigilia Pentecostes co-
lor.

Ior albis usque ad Nonam, vio-
laceus usq; ad Missā, rubeus de-
inceps adhibetur; qui & in pri-
uatis Missis huius dici, quo ad ve-
stes celebrantium, licet celebrent
ante Nonam. *Ibid n.19.*

75 Luminaria non deferuntur
ad Euangelium. *num.20.*

76 In Missa quatuor Tempor-
um si fiat de simplici commemo-
ratio, nō tamen dicitur tertia O-
ratio, nec *Flectamus genua*, ratione
temporis Paschalis. *Ibid.n.25.*

77 In festo Corporis Christi
Processio solemnissima in para-
mentis albis, & in Cathedrali-
bus quidem Ecclesijs seruentur
ea, quæ in Cœrem. *Episcop. lib.2. cap.*
33. habentur: in minoribus au-
tem

tē Ecclesijs ea itē, quæ in Rituali
Romano Pauli V. Finita Missa, de-
ponuntur Manipuli, induit Cele-
brans Pluuiiale ext̄a cornu Epis-
tolæ, imponit stans incensum si-
ne benedictione; & genuflexus
ter incensat Sacramentū in Ta-
bernaculo ostensorio positum.
Interim dum incensatur, cante-
tur O sacrum conuivium, vel Tan-
tum ergo Sacramentum. Taberna-
culum sanctissimæ Eucharistiae
deferatur manibus tantum Cele-
brantis, non obstante quavis cō-
traria consuetudine. In Proces-
sione clerus immediate præcedat
Celebrantem cum cereis accen-
sis; cereosque gestent omnes ea
manu, quæ extima cuique est, al-

Regula selecta in

ter a pectori admota, Hymni de-
cantentur alternatim; qui à Ce-
lebrante cum ministris dici pote-
tunt submissa voce. Qui Crucé
defert, cōgruit, ut veste Subdia-
conali sit indutus, & procedat me-
dius inter Acolytos cum cand-
labris & cereis accensis, in hono-
rem Crucis, & Crucifixi, sicuti
sit in Altari. Hastæ baldachini
distribuantur, sicuti in Feria V.
Cœnæ Domini, & in via seu cir-
culo proceditur à latere Epistolæ
ad latus Euangelij. In fine Pro-
cessionis Subdiaconus deponit
Crucem in loco deceti, cerofera-
rij cadelabra in Credentia, & cū
clero genuflectunt. Deposito Sacra-
mento super Altari cū ministe-

rio Diaconi, ut in Cœna Domini, imponitur à stante Celebrante sine benedictione incésum in thuribulo; fit incensatio trina de more, cantante interim clero genuflexo, ante & circum Altare, ultimos duodecim versus Hymni *Pange lingua*, &c. Tantū ergo, &c quibus dictis cātatur versus à duabus clericis *Panem de cælo*, &c. & à Celebrante stante, ministeris que genuflexis, & librū sustinentibus hinc inde, dicitur *Dominus vobiscum*, cum Oratione *Deus qui nobis*, &c. nihilq; aliud addens, ascendit ad Altare, genuflectit, & ipse met nullo Diaconi ministerio, ac cipit velatis manibus, ut prius, Tabernaculum, benedicit cum

*Regula selecte in
eo populum, facie Hostię ad eū-
dem versa, in modum Crucis se-
mel, nihil dicens, & gyrum per-
ficiens reuerenter reponit. Hac
ferè omnia ex Rituali Romano.
Tunc genuflexione facta, descē-
dit ad gradus, ut prius, & amota
velo à Subdiacono, Diaconus as-
cendit, genuflectit, & reponit,
vel in locum altiorem, ut eo die
colatur à populo pro locorum
consuetudine, vel coniectum ve-
lo in locū suum : Corporale seu
palla Tabernaculo semper sit sub-
stracta. Scripsere quidam, & gra-
tis, quod præter Corporale sup-
poni debet Tabernaculo Ara la-
pidea cum tribus mappulis ; sed
hæc necessaria sunt ad conficien-
dam*
